



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

Liber III.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

# LIBER TERTIUS.

## TITULUS I.

### De his quibus Beneficia conferri possunt, in genere.

#### SUMMARI A.

- 1. Beneficia conferenda
- 2. Capacitas in quibus consistat requisitis.

**P**recedenti libro tractavimus de personis quae Beneficia conferre ac distribuere; tractandum hoc, quibus conferri & distribui, possunt. Quo tractatu nullus in tota hac disputatione dignior. Non enim assentimur Iherosolimitano, qui in Orat. ad Nicoclem ait: *Non sicut Sacerdotium, ita & Regnum cujusvis hominis est.* Nam, ut in omnibus negotiis gerendis pro modo eorum personae sunt eligenda capaces & operi sufficientes; *l. un. §. ideaq. Cod. de novo Codice. fac. l. ut gradatim. II. §. est. l. cum §. fin. ff. de muner. & honor.* ita & Beneficia non sunt conferenda, nisi idoneis & capacibus. *c. grave nimis. 29. de prabend. & dignit. c. relatum. de concess. prabend. c. 2. de institut. c. causam. 8. de electione.*

Capacitas vero illa & idonea qualitas, quae in his, quibus beneficia sunt conferenda, desideratur, potissimum consistit in requisitis septem: Nempe; 1. *Natalibus;* 2. *Corporis integritate;* 3. *Bonis moribus;* 4. *Sufficiente scientia;* 5. *Aetate legitima;* 6. *Calibatu;* 7. *Ordine Ecclesiastico.* Quibus addi solent *Naturalitas;* vide *Garciam, tit. 9. part. 7. Et Ne beneficiandus aliud jam habeat Beneficium.* De quo ultimo

[O]

timo

ius  
 omis  
 celestina  
 IV.

timo & Beneficiorum pluralitate infra commodiore agemus loco. De aliis differemus hoc libro sigillatim: à *Natalibus* promovendorum incipientes.

## TITULUS II.

## De Natalibus Legitimis.

## SUMMARI A.

- |   |  |
|---|--|
| 1. <i>Natales quotuplices.</i>                            | 5. <i>Quando.</i>  |
| 2. <i>Legitimi qui.</i>                                   | 6. <i>Quid olim observatum.</i>                          |
| 3. <i>Beneficia conferenda iis præditis.</i>              | 7. <i>Quid nunc.</i>                                     |
| 4. <i>Paternum Beneficium an conferri potest liberis.</i> | 8. <i>Quæ hic declaratio Congregationis Cardinalium.</i> |

**N**atales sunt duplices; Vel *Legitimi*; de quibus hoc titulus vel *Illegitimi*; de quibus titulo sequenti.

**L**egitimi sunt; cum quis natus est ex matrimonio legitimis præditis Beneficia sunt conferenda; deneganda autem cum in cunctis. 7. princ. c. innotuit. 20. de elect. c. fin. de filiis Presbyter.

**N**ec tamen filius legitimus obtinebit Beneficium Patris: Nec Sacerdotium Dei videatur obtineri hereditario jure: c. presentium. 3. c. transmissa. 7. eod. can. 7. Apostolica. 8. qu. 1. Nec nepos avitum; licet filius, ex quo nepos; adhuc vivat. *Gloss. in c. ad extirpandas. 9. eod. Dist. in d. c. Panorm. post Innoc. & Hostiens.* Cum sine juris, quod hujusmodi successionem improbat, fiat fraus. Tum ne beneficium magis videatur resignatum ex avita affectione, quam recto justoque iudicio. *cap. can. Episcopo. cum can. seqq. 8. qu. 1. Et sic iudicatum Tolosa. teste Papon. lib. 2. Placitor. tit. 4. Dart. tract. de benef. sect. 4. cap. 1.*

**E**xcipiuntur casus tres, quibus receptum posse filium obtinere Beneficium paternum. Primus est; Si sine titulo, de facto tantum & ab

Corvin  
De Pers  
et Benef. Ex

G

32

eno nomine administravit: *c. constitutus. 8. eod.* Alter; Si filius patri non succedat immediatè, sed mediatè: *d. c. ad extirpandas. d. c. extranmissa.* Nisi fiat resignatio fraudulenter. Uti Pater beneficium suum resignet, in favorem extranei, lege eà adjectà; Uti statim in favorem filii sui resignet. *Rebuff. in praxi Beneficior. tit. de dispens. supra defectu natal. Davids d. loco.* Tertius; Si ipse Papa dispense. *Dd. in d. c. ad extirpandas. d. c. dilectis. d. c. extranmissa. eod. Dec. in c. inter ceteras. de praescript. num. 6. & 7. Navar. in c. si quando. eod. in auctuario. num. 3. & 4.* Non sufficit quod Episcopus aut Legatus. *Gloss. in c. i. verbo tale. de fil. Presbyt. in 6. quam sequuntur Joan. Andr. Spec. Franch. & alii.*

Potest filius legitimus in Ecclesia, in qua pater praest, vel praefuit, obtinere beneficium, *c. ad hac. 12. eod. diffimile: d. c. ad abolendam. 16. eod.*

Habere tamen multi etiã Sancti filios successores in eisdem beneficiis; ut S. Simplicius Archiepiscopus Bituricensis: *Sidon. Apollinari. lib. 7. post epist. 9.* S. Barinus Archiepiscopus Trevirensis, *Cratopolus & Vion in Martyrol. Monastico die 8. Junii. Onuphrius in Genealogiis.* Domnus Patriarcha Antiochenus, *Anno 274. apud Baronium.* Lambertus Episcopus Leodiensis, S. Principius Episcopus Saessionensis, *Flodoardus lib. 3. cap. 10.* Ilcus Episcopus Viennensis, *Audoenus in Chronico. Baronius Anno 409.* Eucherius Lugdunensis, *Savaro & Sirmondas ad Sidon. Apollin. lib. 7. epist. 15.* S. Genebodus Episcopus Laudunensis, *Flodoard. lib. 1. cap. 14.* S. Magnus Episcopus Avenionensis *Chronol. Lirinens.* Paulus Archiepiscopus Burgenis, *Mirans in Chronico. Anno 1398.* Guilielmus Brissonctus Abbas S. Germani Parisiensis, Johannes Cuceus Episcopus Gratianopolitanus. *Dartis d. loco. Videatur etiam can. 2. dist. 56.*

Quae etli ita accederint, tamen Presbyterorum filios noluit, secundum Apostolorum decreta, (quae prohibent Beneficiorum successionem hereditariam; *can. Item non. 75. Apostol.*) universae Ecclesiae Charitas. *Venerabilis Bedae lib. 3. epist. 28. Hildebert. de non ordinand. filiis. Sacerd. tot. tit. de filiis Presbyter.*

Censuit Anno 1594. S. Concilii Trident. Cardinalium Congregatio, Patrem legitimum ad obtinendum immediatè beneficium filii nullam

[O] 2

nullam

7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

nullâ indigere dispensatione; licet filius legitimus ad obtinendum  
mediatè beneficium patris eâ egcat. vide tractat. nostr. de Person. Eccl.  
fast. tit. 18. lib. 2. num. 9. cum seqq.

## TITULUS III.

## De Natalibus Illegitimis.

## SUMMARI A.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Illegitimi qui.   | 11. Ea patitur Exceptio-<br>nes tres.  |
| 2. Iis conferri non possunt<br>Beneficia.                          | 12. Quæ prima.   |
| 3. Prohibitionis ratio non<br>recte firmatur in S. Scri-<br>ptura. | 13. Secunda.   |
| 4. Fuere tamen in Populo<br>Dei à Sacerdotio prohi-<br>bita.       | 14. Tertia.  |
| 5. Prohibuit & Plato.  | 15. Juris Civilis obser-<br>vatio.   |
| 6. Arcent & eos Catholi-<br>ci, idq; obrationes mul-<br>tas.       | 16. Jus Gallia exigit dis-<br>pensationem Papa.  |
| 7. Quarum prima.   | 17. Quæ in ea adhibenda<br>distinctio.   |
| 8. Altera.   | 18. In quibus Beneficium<br>dispensat Papa.  |
| 9. Tertia.   | 19. In quibus Episcopus.   |
| 10. Quæ hic servanda Re-<br>gula.                                  | 20. Debet illa dispensatio<br>fieri expresse: & a dis-<br>pensandi auctoritate<br>habente. |

Corvin  
De Person  
et Benefic. Eccl.

G

32

**N**atales Illegitimos habent, qui ex justis & legitimis Nuptiis non sunt procreati: cujusmodi sunt Spuri seu Nothi, & quos naturales appellamus.

Si non tantum à Beneficiis suorum parentum repelluntur, sed etiam quibuscunque; Imò & omni Ministerio Ecclesiastico. c. in cunctis. c. innotuit. de elect. c. 1. & c. fin. de filijs Presbyt. in 6. can. Canon. apertem. 15. cum seq. dist. 56. Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 10. & sess. 7. can. 1. & sess. 24. de reformat. cap. 1. vid. tract. nostr. de person. Ecclesiast. tit. 49. de vitio orig. laborant. non ordinand.

Prohibitionem confirmant nonnulli, ut *Dartis sect. 4. cap. 2.* Petr. Gregor. tract. de benef. cap. 35. aliq. per Deuteronomii cap. 23. vers. 2. ubi scriptum; *Non ingredietur mazzet; hoc est, de scorto natus, in Ecclesiam Domini usq. ad decimam generationem;* sed minus firmiter. Ingressi enim Ecclesiam; viri aliqui, non Inerudit interpretantur habere commercium cum Populo Dei, & jus ducendi in uxorem Israhelidem. Quare allegatus locus non multum pertinet ad rem.

Prohibitos tamen à Sacerdotio in Populo Dei fuisse illegitimos recumit. Genus enim in iis, teste *Philone Judæo in Dacalogo.* examinatum inculpabile.

Quod & fieri voluit Plato lib. 6. de Legibus.

Cui autem apud Christianos Catholicos placuerit arceri à Sacro Ministerio Illegitimos, inter plures, multiplex adferri solet. ratio. Quarum

Prima est; Eorum qui illegitimè nati sunt *probrum & ignominia,* ob quam tanto munere indigni judicantur. Nam etsi Prætoris Edicto nonati non sint, nec inter infantes habiti, tamen ea est ferè hominum de his opinio, is contemptus, ut non immeritò macula quibusdam videantur esse adpersi. arg. can. si Gens Anglorum. dist. 56. Azo in sum. Cod. ex quib. caus. inf. irrog. Eiusque rei argumentum est illud, quod est nemo, quin appellatione tali, ut turpi & contumeliosa, offendatur, receptumque est actionem injuriarum eo nomine competere. l. 3. ubi not. ff. de lib. & posthum. hered. instit. Itaque quamvis liceat spuris capessere Rem publicam, præsertim si id flagitet necessitas & hominum penuria; l. ge-

[O] 3

nera

mus  
nis  
celesia  
[V.]

neraliter. 3. §. spurios. 2. ff. de decurion. tamen alia causa est huius facti ministerii, quod publicis omnibus civilibusque muneribus longè prestat. Nam & Aristoteles lib. 7. Polit. censet viliores humiliorisque personas non debere admitti ad Sacerdotium, propter honoremque Civibus impendi debet Deo & religioni. Id enim Majestati Deo impeditur, cuius sacris vacare Sacerdotes oportet? ut loquitur. J. Cuius Pauli in l. non distinguemus. 32. §. Sacerdotio. 4. ff. de recept. arbitr. Imò & Ecclesia Vetus munus, in quo erat macula, oblatum rejiciebat. *Lex. 1. can. hinc etenim. dist. 49.* Verum quidem est apud Veteres Græcos superiorum nomen non fuisse ignominiosum: Testib. Homero lib. 8. Iliad & Euripide in Antigone: Euristeo, Andromeda. sed illorum, pudicitiam non multum considerantium, mores, hic non respicimus; sed vestros Romanorumque tantum, qui nihil unquam castitate & pudicitia habuerint antiquius. Est enim secundum eos, non minus in Ecclesia quam inter mulieres Illustres, *l. si qua Illustris. §. Cod. ad SC. Orphanotrophorum. c. de mulieribus. dist. 10.* castitatis debitum præcipuum: Visumque justius augeri Republicam, & multis hominibus legitimè genitis frequentari, quam perjuris & infamis. *l. 2. §. fin. Cod. de indicta viduit. tollenda.* Sed & Ecclesia Dei, quæ præceptum Decalogi, *Non machaberis;* detestatur fornicationem, confunderetur quodammodo, si illegitimos passim & sine discrimine admitteret ad ministerium Dei: & videretur delinquendi dare occasionem. *contra l. alia causa. 14. §. eleganter. 1. ff. soluto matrim. l. illud non venire. §. ff. de pact. dotal. c. oblationes. dist. 90. can. miror. 17. qu. 4. de usur. c. super eo. de raptor. can. cum multa super. 15. qu. 8.*

8 Altera ratio; (quæ collegitur ex præcedenti,) est, ut hoc poenæ genere plectatur ac vindicetur crimen paternum. Quamvis nam admiserint filii, & revera alieno laborent vitio. *l. spurii. 6. in princ. ff. de decurion. l. legem. 7. Cod. de natural. lib. can. nasci. dist. 56.* Fundatur in eo, quod parentes magis affligantur in filiis, quam in propriis personis. *l. isti quidem. 8. §. fin. ff. de eo quod met. causa.* Quæ ratione inducitur, ut libera non sit cum filiis naturalibus testamenti factio, nec potest pater quantum voluerit relinquere: *l. fin. Cod. de natur. lib.* Unde per hæresim patris etiam filius admittitur Beneficiorum Ecclesiasticorum possessio: *c. vergentis. de hæretic. Auth. Gazaros. c. eod. Et in perditio*

Corvin  
De Pers  
et Benef. Ec

G

32

nis crimine, filii, quamvis infantes & nulli culpæ affines, puniuntur. l. quisquis. §. §. 1. Cod. ad Leg. Jul. Majest. Qua de re sic loquitur Cicero in epist. quad. ad Brutum. Nec verò me fugit, quam sit acerbum parentum scelera filiorum poenis tuis; sed hoc præclare legibus comparatum est, ut eorum liberorum amiciores parentes Reipublicæ redderet. Et alibi: Illud videtur esse crudele, quòd ad liberos, qui nihil meruerunt, poena pervenit, sed id antiquum est, & omnium Civitatum. Sic maledictio patris Cham imposta filio ejus Chanaan: Genes. 9. can. cum ergo. §. 8. sed qui pro persecutoribus. 24. qu. 3. Sodomitarum parvuli poenæ involuti: Genes. 19. Poena Davidis in posteros translata; ut & Regis Achab: 4. Reg. 10. can. Achab. can. talis. de poenit. dist. 3. Sic terror poenæ transit per comminationem in filios usque ad tertiam vel quartam generationem. In sum. 1. caus. 24. qu. 3.

Tertia ratio est: Metus incontinentiæ paternæ, d. can. si Gens Anglorum. dist. 56. Quoniam sæpe contingit, ut mores patris sectetur filius, sit non tantum corporis paterni, sed etiam animi quædam imago. Hinc illud tritum apud Græcos proverbium, κακῶν ἑστὶν ἄνδρῶν ἄνδρῶν ἀντίκτυπος, inquit Horatius lib. 4. Carm. Ode 4.

Fortes creantur Fortibus & bonis,  
Est in juvenis, est in equis Patrum  
Virtus: nec imbellem feroces  
Progenerant aquile columbam.

Hinc in Edicto Edicto videtur statutum, ut venditor mancipiorum vendendorum nationem pronuntiet in venditione. Plerumq; enim, ut ait Justinus Paulus, servi natio aut provocat, aut deterret emptorem: quia presumptum est, quosdam servos esse bonos, quia nationis sunt non infamatae; quosdam malos, quia ejus nationis sunt, quæ magis infamis est. l. quod servus. 30. §. qui mancipari. ff. de Edil. Edicto.

Cum igitur dicta ita se habeant, ponendum est, & pro certa firma, ioque regula constituendum, Eum qui ex justo matrimonio editus non est, nullum consequi posse beneficium. d. c. cum in cunctis. c. innotuit. de elect. c. 1. de filiis presbyter.

Patiuntur tamen regula dicta exceptiones tres. Quarum Prima;

mus  
nis  
celestia  
IV



12 Prima; Si *illegitimus natalibus sic restitutus*, aut ut vulgo loquimur, legitimatus. *c. per venerabilem. qui fil. sunt legit.* Nam hæc restitutio naturales filios iustus & legitimis omnino exæquat; ut ait Iulianus *Nov. 74.* Siquidem vel facta per subsequens matrimonium, *c. tanta eod. & ibi Gloss. Abb. num. 4. & 7. & alii.* etiam sine instrumentis probatis, *Dd. ind. c. tanta. Thesaur. decis. Pedemont. 83.* etiam putarum bona fide saltem unius conjugum contractum: *d. c. tanta. iuncto c. de renore. eod. Ant. de Butrio in d. c. tanta. & c. quod nobis. eod. Decretum 350. ampl. 9. Menoch. de presump. lib. 4. presump. 81. n. 3.* Modò non clandestinum, aut interdictum: *c. fin. §. I. de clandest. despons. L. i. §. 1. Dd. in d. c. I. §. I. de fil. Presbyt. in 6. & c. per venerabilem. Nov. in I. d. tit. & d. tit. in suis decis. Achilles & de Grassis.*

Quo tamen ultimo casu, legitimati ad actus sæculares, non sentur legitimati ad exercendos actus spirituales: Licet ex diversis legitimati ad actus spirituales hæreditates legitimas capere possint. *d. c. per venerabilem.*

Quod tamen postremum accipiendum est in patrimonio *D. Petri* in quo Papa habet potestatem regiam; non aliorum Principum *D. Petri* *Dartis de benefic. sect. 4. cap. 2. de Illegitimis.*

13 Secunda exceptio est; Si *Illegitimi proficiantur Monachis* Quia Religionis ingressus omnem maculam abstergit. *can. 10. in 1. at. 19. qu. 3. Novel. 5.* Nullam tamen prælationem, aut in Ecclesia præfecturam habere possunt. *c. I. de filiis Presbyter. Gloss. c. ult. eod. D. Petri loc. Duaren. de benefic. lib. 4. cap. 5.*

14 Tertia est exceptio; Si *cum Illegitimis*, sive propter legitimam penuriam, sive propter cruditionem singularem bonosque & probos mores, fuerit *dispensatum*; ut in *c. literas. eod. c. fin. eod. in 6.* Exempla vide in *can. Osus. can. Dominus. & tota serè. dist. 56.* In spuris enim non est vitium vel culpa, sed tantum defectus. *c. nasci. d. dist. c. accedens. purgat. canon.* qui scientia, moribus, necessitate suppleri potest.

15 Sic de Jure Civili Spurii, imò & ex incestu nati, decuriones fieri possunt. Quia, ut inquit J. C. Titus Papinianus, non est impediendum *delegatus* *tas ejus qui nihil admisit. l. spurii. 6. princ. ff. de decurion.* Nisi compen-

Corvin  
De Pers  
et Benef. Ec

G

32

tores habeant legitimos & naturales. l. 3. §. spurios. ff. eod. Facit pro-  
ratione Papiniani; Quod filius illegitimè genitus, ex eo qui deliquit, non  
fiat deterior. l. Lege XII. Tabularum. 14. in princ. in fin. Cod. de legitim.  
hæred. l. maximum vitium. 4. vers. constitutio. Cod. de liber. præterit. vel ex-  
hered. Delicta quippe personalia, nec per se transeunt in hæredes. l. si  
pena. 20. ff. l. sancimus. 2. 2. Cod. de panis. d. c. Cod. Ne filius pro patre & c.

In Gallia quoque spurii possunt Regia Officia & Magistratus gere-  
re sine expressâ Regia dispensatione: Petr. Gregor. d. loc. num. 6. in fin.  
Non tamen beneficia Ecclesiastica possidere absque Papæ dispensatione.  
Quâ etiam legitimi fieri possunt. c. per venerabilem. qui filii sint legit.

In ea dispensatione adhibenda est distinctio, & Beneficiorum & 17  
Potestatis dispensantis, tradita inc. 1. de filiis Presbyt. in 6. his verbis;  
It qui defectum patitur natalium ex dispensatione Episcopi licitè potest (si  
aliud canonicum non obstat) ad ordines promoveri minores, & obtinere be-  
neficium, cui cura non imminet animarum: dummodo sit tale, super quo per  
ipsum Episcopum valeat dispensari: ad ordines quoque majores, vel beneficia  
curam animarum habentia, super quibus nequit Episcopus dispensare, sine  
dispensatione Sedis Apostolicæ promoveri non potest.

Dispensat tamen etiam Papa, in quibus potest, dispensare Episco- 18  
pus; Nempe in Beneficiis simplicibus. c. literas. 14. eod. Potest etiam  
una dispensatione cum Illegitimis, dispensare ad ordines omnes & be-  
neficia omnia, ita ut postea dispensatione Episcopi non sit opus. c. 2. eod.  
Petr. Gregor. d. loc. num. 7.

Episcopus, secund. Gloss. ad d. c. 1. eod. in 6. verb. beneficium. dif- 19  
pensare potest in beneficio simplici, etiam si sit Canonica Ecclesiæ Cathedra-  
lis. Archidiacon. Lopus, Ancharran. Domin. num. 7. Francus, num. 6.  
ibid. Selva de benefic. part. 3. quæst. 63. Gigas de penson. qu. 17. num. 3.  
Norvarr. cons. 4. de filiis Presbyter. num. 4. dicens communiter receptam.  
Sylvestri in Sum. verb. Beneficium. 3. num. 11. Fumus in Armilla. verb.  
Beneficium. num. 25. vide Garciam de benefic. part. 7. cap. 2. de legitimita-  
te. num. 58. cum seqq. Non tamen potest in personatu vel dignitate, et-  
iam si sit sine cura. c. ad hæc. c. fin. de filiis Presbyt. c. fin. de præbend. c. du-  
dam. de elect. d. Gloss. in d. c. 1. verb. Beneficium. quam sequuntur. ibid. Ar-  
chidiacon. Ancharran. Domin. num. 8. Francus num 6. & alii. Rosiniacus  
de be-

[P]

mus  
omnis  
celestis  
[V.]

de benefic. cap. 13. num. 28. Sylvest. d. loc. Garcias. d. loco, num. 59. cum  
seqq.

20 Debet hæc dispensatio fieri expressè; *Gloss. c. un. verbo dispensari  
de atate & qualitat. ordinand.* & ab eo qui dispensandi habet auctoritatem  
*c. fin. de schismat.* Nec sufficit collationem fieri ab eo qui dispensare po-  
test cum indigno proviso; nisi etiam in actu collationis fiat expressè dis-  
pensationis memoria. *ut in c. diversis fallacis. 5. de Cleric. conjug. ca.  
qui in aliquo. dist. 51. can. quicumq. in fin. dist. 81. Petr. Gregor. d. loca  
ca. fin. Franc. in c. 2. de filiis Presbyr. in 6. Rota decis. 3. eod. tit. Pano  
decis. 101.*

Habita censetur, si causâ impediendi fuit proposita, & nihil  
minus actus peractus. *can. Clerico tacente. dist. 50. can. pro utilitate. 1.  
qu. 1. Petr. Gregor. d. loco. vid. Garcias d. loco, num. 72. cum multis seqq.*

## TITULUS IV.

## De Corporis Integritate.

## SUMMARI A.

- |  |   |
|--|---|
| 1. In beneficiandis deside-<br>ratur corporis integri-<br>tas: sed qualis. | 7. Originis.  |
| 2. Adhibenda hic tempera-<br>menta tria.                                   | 8. Perstringitur Caro<br>muel.  |
| 3. Sententia Interpretum<br>quoad primum.                                  | 9. An cum se ipsum ca-<br>strante possit dispensari.                        |
| 4. Quoad secundum.   | 10. Quid si mutilatio non<br>impediat Ordinis Sacro-<br>dotalis functionem. |
| 5. Exceptio.   |   |
| 6. Fit mentio alicujus Le-   |   |

Corvin  
De Pers  
et Benef. Ec

G

32

**I**n his, quibus Beneficia conferuntur, desideratur Corporis integritas: non solum ut eorum corpus non sit obnoxium servituti: tot. tit. de serv. non ordinand. vid. Tractat. nostr. de person. Ecclesiast. tit. 20. lib. 2. de vinc. person. imped. non ordin. sed etiam ut defectu membrorum minus aliquid non habeant. can. qui in aliquo. dist. 51. tot. dist. 55. c. 1. cum seqq. de corpore vitiat. Quem titul. vid. in d. Tract. nostro.

Temperamenta tamen hic adhibenda tria: Putat; Si defectus non sit in magnis membris: Si non sponte quis, sed casu aliquo, dum non dat operam rei illicitae fuerit corpore mutilatus; Si mutilatio non impediatur Ordinis Sacerdotalis functionem.

Quoad primum: Interpretes in c. fin. eod. magna membra appellant oculum, pedes, nasum, manum alterutram. Quorum amissio impedit promovendum. can. ult. dist. 55. Dispensationi tamen Pontificis, can. non confidat. dist. 50. si suffragentur mutilato vita & mores & alia quae Sacerdotem commendant; can. pen. & ult. eod. hic locus. De quo casu intelligendus canon. si quis oculo. 56. Apostol.

Quoad secundum: Certum est spontanea virilium exsectionem & violentam elusionem corpori factam arcere ab ordinibus & beneficiis; c. 1. c. penitentes. c. si quis. c. hi qui. c. qui partem. c. lator. cum aliis. dist. 55. c. 1. cum seqq. de corpore vitiat. Villadiego. de irregular. cap. 11. de corp. vitiat. Duaren. de benef. lib. 4. cap. 3. Corraf. Sim. tract. part. 3. cap. 6. Covarruv. in Clem. se furiosus. 1. parte. in initio. ex num. 5. etiam si mutilantis culpa non sit notoria. Gloss. in c. fin. eod. Villadiego. d. loco. Toletus in Summa. lib. 1. cap. 63. Molina de just. & jure tract. 3. disput. 67. num. 8. Nam d. can. qui partem. & d. c. 1. non fundantur in culpa & delicti notorietae, sed in excessu & savitia, quam in se exercuit: fac. d. can. hi qui can. se pro aegritudine. dist. 55.

Non tamen arcentur, qui non sua sponte, sed casu, aut in cunabulis, aut per vim seu insidias hominum, aut aegritudinem secti aut mutilati sunt. c. ex parte. 1. & 2. c. fin. eod. can. qui partem. can. eunuchus. c. si quis a Medicis. can. si quis pro aegritudine. can. precepta. §. 1. d. dist. 55. c. 1. eod. Synodus Nicæna I. dicit; Si quis a Medicis propter languorem excisus,

[P] 2

excisus,

QUIS  
OMNIS  
CELESTIA

[V.]

excisus, aut à barbaris excisus est, maneat in Clero: si quis autem sanus se ipsum abscidit, hunc & in Clero constitutum abstinere convenit, & dicitur nullum talium promoveri.

6 Huius Canonis vigore olim Leontius ille gradu Presbyterii fuerat dejectus, qui postea favore Arianorum cathedram occupavit Antiochenam. De quo videri potest D. Athanasius epist. ad Solitarium in tam agent. & ex ipso Theodoretus lib. 2. histor. Eccles. cap. 19. aliarum & Socrates lib. 2. histor. Eccles. cap. 26. ubi ait; *Leontius Antiochenus unquam Ecclesie Presulerat, qui cum Presbyter esset, dignitate privatus fuerat, eo quod mulieri Eustolix commoratus, & turpem suspensionem acciderat, genitalia membra ipse sibi excidisset.*

7 Ante dictum Nicænum canonem Origenes, existimans se Deo prestare obsequium, seipsum castravit; Ejus tamen ausum inter veteres nullus, nisi forte pretextu ignorantie, excusare tentavit. Velipianus ait de ipso D. Hieronymus epist. 65. cap. 3. *in tantum fugit, ut zelum Dei sed non secundum scientiam, ferro truncaret genitalia.* Eusebius Cæsariensis lib. 6. Eccles. hist. cap. 8. Zelum quidem hominis laudat, sed venili audacia imperitiæ que facinus ipsum adscribit. Facit idem Neophorus lib. 5. hist. Eccles. cap. 8. Non excusat illum, sed stultitiam arguit Hesselius in explic. Decalogi. cap. 163. Reprehendunt illum D. Bellarmus lib. de vera virginitate. Ambrosius lib. de Viduis. Eum enim quædam clas homicidas appellant canones 22. & 23. Apostol. Quorum præceptum ait: *Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputavit sibi virilia, non fiat Clericus: quia sui ipsius homicida est, & Dei officii inimicus.* Alibi subdit: *Si quis cum Clericus fuerit, absciderit semetipsum, omnia dimitatur: quia suus est homicida.*

8 Quæ ergo fronte audet Caramuel in Theol. Fundam. num. 115 edis. Francos. asserere, quem se posse castrare propter vitam æternam? Qua fronte exemplum Origenis adducere?

9 Possè tamen cum eo dispensari, qui existimans se Deo prestare obsequium, virilia sibi excindi curavit: dicit cap. significavit. 4. de corp. ord. riat ordinand. ubi Gloss. Quoniam simplicitati & ignorantie facillime venia tribuitur; c. cum universorum. de rer. permut. Et bona intento excu-

Corvin  
De Perso  
et Benef. Ec

G

32

factum malum. *can. dixit. & ibi Gloss. fin. 32. qu. 4. Vivian. in rati-*  
*onal. Juris Pontif. d. c. significavit.*

Poterit etiam cum eo dispensari, qui cum rei illicitæ operam daret,  
vulnus reportavit, puta amisit digiti partem in duello. *c. 1. eod.* Quia  
amissio partis digiti est deformitas modica; *Gloss. in c. fin. eod.* nec ge-  
nerat scandalum. *d. c. fin. Vivian. d. loc. ad c. 1.*

Quod si mutilatio membri sit ejusmodi, ut functionem impediatur  
Sacerdotalem, tunc non admittitur dispensatio; veluti si pollex sit ab-  
scissus, qui ad frangendam sacram Eucharistiam est necessarius. *d. c. fin.*  
*& c. 2. de Clerico egrot. vel debilit. vid. can. qui vero. 77. Apost.*

## TITULUS V.

### De Morbis Corporis.

#### SUMMARI A.

- 1. *Quis morbus corporis 3. An furor.*
- impediat promotionem 4. An mania.*
- ad Beneficia: An Co. 5. Quid de hoc morbo cor-*
- mitialis.*
- 2. *An similis.*
- reptis statuerit Conci-*
- lium Carthaginense IV.*

**Q**ui gravi morbo laborans, ob quem obeundo sacro muneri  
minus sunt idonei, non censentur beneficiorum capaces,  
qualicumque præditi sint eruditione, morum probitate, ali-  
isque animi dotibus. *c. cum inter canonicos. 21. de elect.* Quid  
tamen si morbo comitiali, quem Græci *Ἐπιληψία* vocant, corripian-  
tur? Certe cum subito concidant, eorum ex ore moveantur, ut inquit  
Celsus, cum membrorum ac nervorum distentione, spumæ, ad rem di-  
vinitam in Ecclesia faciendam non sunt judicandi utiles. *can. communi-*  
*ter. can. usq. adeo. dist. 33.*

Idemque de aliis hujusmodi morbis est statuendum. *vid. Tract. 2*

[P] 3

no-

QUIS  
MORBUS  
CELESTIUM

V.

*nostrum de person. Eccles. tit. 17. lib. 2. de corp. vitiat. non ordin. num. 1. tametsi cum qui jam ordinatus promotusque est, non deiciant. tit. de Clerico agra. Duar. de benefic. lib. 4. cap. 4.*

3 Furiosos, licet patiantur dilucida intervalla, Beneficiorum etiam judico incapaces: Ne, ut scribit Balsamon, *in can. 79. Apostol. Sacerdotium furoris tempore contumelia afficiatur.*

4 Maniacos autem ac Fanaticos, qui à cacodemone vexari dicuntur, & ad hunc locum pertinere. *cum Daureno dicto loco, judice quanyis Jctus Ulpianus l. 1. §. apud Vivianum. 9. ff. de Edilis. Edictum cum morbum animi potius, quam corporis esse existimet. Nam licet à Sacerdotio repelluntur veteribus canonibus. can. si quis demonum. 1. Apostol. can. maritum. can. communiter. can. Clerici. can. usq. adeo. dist. 9.*

5 Solent appellari variis nominibus; Dicuntur enim Energumenes, quasi Lunatici, ut quidam interpretantur: De quibus Concilium CARTHAGINENSE IV. *can. 90. cum seqq. sic statuit: Ut Exorcista Energumenis manus imponant, ut Energumeni pavimenta domorum Dei verrant. Energumenis assidentibus in domo Dei victus quotidianus per Exorcistam oportuno tempore ministratur. can. omni die. 11. de consecrat. dist. 5. Verrantur & exaspantur, cujus vocis mentionem facit Aristophanes, quasi dicas Ventriloqui. Sic enim eos Latine vocat D. Augustinus. 2. de doctrina Christiana. cap. 19. relat. in can. illud quod est. 26. qu. 2. Spiritum Pythonem habere dicuntur Actor. 16. quod malus quidam Pythius (immotus nempe labiis) ipsorum in ventre inclusus loqui creditur. Duaren. d. loco. vide dict. Tract. nostrum tit. de qualir. ordinand. a. c.*

## TITULUS VI. De Bonis Moribus.

### SUMMARI A.

1. In beneficiandis precipue requiritur Morum honestas.
2. Ut in studiorum Magistris de jure Civili.
3. Ratio.

Corvin  
De Personis  
et Benefic. Ecc.

G

32

- |  |  |
|--|--|
| 4. Inquisitio olim facta fuerit iudicium publice.  | 11. Infamia à Beneficiis removet, & qua.             |
| 5. Qua requirat in iis D. Paulus.                  | 12. Quae criminabeneficiorum adferant incapacitatem. |
| 6. An ea requirantur praecise.                     | 13. Qui hic observandi canones.                      |
| 7. Debet esse integra fama.                        | 14. Quid dicendum de Excommunicatis & Interdictis.   |
| 8. Nullius criminis reus.                          | 15. Restitutioni hic locus.                          |
| 9. Siquidem apud bonos viros sit infamatus.        |  |
| 10. Nisi per eum non steterit, quo minus per actum |  |

**R**ater Legitimitatem, & Corporis integritatem, in promovendo ad beneficia requiruntur, & *morum honestas*, de qua hoc titulo, & *Scientia*, de qua titulo sequente.

*Morum honestas* praecipue: *c. cum in cunctis. de elect. can. si quis viduam. dist. 50. can. qui in aliquo. dist. 51. can. priscis. dist. 55. c. graecum. de praebend. Clem. 1. de atate & qualis. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 18.* Quamvis hodie, proh dolor! de hoc curetur parum, & fiat tantum informatio propter formam. Cum tamen hujus conditionis ratio sit habenda potissima. *Garcias tract. de benefic. parte 7. cap. 8. Lessius de just. & Jure lib. 2. cap. 34. dub. 23.*

Nam sicut Imperator Julianus *in l. Magistros. 7. Cod. de Professor. & Medic.* vult Magistros studiorum Doctoresque, primum excellere moribus, deinde facundia; ita & gravitatem morum, & honestatem vitae praecipue efflagitamus à Sacerdote. Scitum enim est illud; *Quales in Rebus publicis sunt Principes, tales & solent esse reliqui Cives.*

Quod & ad Ecclesiae praefectos & ministros pertinere non est dubium. *Quomodo enim potest, inquit D. Hieronymus in epist. ad Titum. cap. 1. Praeses Ecclesiae auferre malum de medio ejus, qui in delictum simile cor-*

7  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100



corrumpit? aut quâ libertate peccantem corripere potest, cum tacitus ipse respondeat, eadem se admisisse que corripit? can. fin. dist. 25. Ex viâ fieri potest, ut ejus oratio exaudiatur à Deo, qui indignus est Sacerdotio & ministerio Dei; inquit Justinianus, in Novel. 123.

4 Inde ab antiquo morem illum fuisse Christianorum, ut in more Ordinandorum Sacerdotum inquirerent publice, apparet ex Lampadio in vita Alexandri Severi. ubi scribit his verbis; Ubi aliquis vellet in Rectores Provincie dare, vel Præpositos facere, vel Procuratores, vel Rationales, ordinare, nomina eorum proponebat, hortans Populum quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus; si non probasset, irret penam capitis. Dicebatq; grave esse, cum id Christiani & Judæi fierent in ordinandis Sacerdotibus, non fieri in Provinciarum Rectoribus, quibus & fortuna & hominum committerentur & capita.

5 Qualem verò esse oporteat Episcopum, & quibus virtutibus instructum, quod ad ceteros porrigerelicet; declarat D. Paulus ad Titum cap. 1. & 1. ad Timoth. cap. 3. quæ Gratianus diffuse tractat Collectaneis suis à dist. 25. usq; ad dist. 50. Air enim D. Paulus eum debere eligi Episcopum seu Presbyterum, qui sit  $\mu\phi\lambda\lambda\omicron\varsigma$ , id est, sobrius,  $\kappa\omicron\upsilon\mu\omicron\varsigma$ , id est, modestus,  $\phi\iota\lambda\alpha\lambda\omicron\tau\omicron\varsigma$ , id est, hospitalis,  $\mu\eta\ \pi\acute{\epsilon}\rho\upsilon\omega$ , id est, non vino deditus,  $\mu\eta\ \pi\acute{\epsilon}\rho\upsilon\omega$ , id est, non percussor,  $\mu\eta\ \epsilon\upsilon\sigma\tau\omicron\chi\epsilon\upsilon\epsilon\sigma\iota\varsigma$ , id est, non turpis lucricupidus,  $\mu\eta\ \alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon\delta\iota\alpha\sigma$ , id est, à pugna & contentione alienus,  $\alpha\phi\iota\lambda\alpha\gamma\gamma\omicron\upsilon\varsigma$ , id est, pecunia avidus,  $\mu\eta\ \alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon\delta\iota\alpha\sigma$ , id est, non superbus nec præfactus,  $\mu\eta\ \epsilon\upsilon\gamma\gamma\epsilon\lambda\omicron\varsigma$ , id est, non iracundus,  $\phi\iota\lambda\alpha\gamma\alpha\lambda\omicron\varsigma$ , id est, bonorum rerum studiosus,  $\delta\iota\kappa\alpha\iota\omicron\varsigma$ , id est, justus,  $\sigma\omicron\upsilon\iota\omicron\varsigma$ , id est, pius sive sanctus,  $\epsilon\upsilon\kappa\omicron\upsilon\tau\omicron\varsigma$ , id est, temperans. Duaren. de benef. lib. 2. cap. 1.

6 Est tamen hoc ita accipiendum, ut non is eligatur Episcopus, quo nihil dictorum vitiorum insit; Esset enim hoc, teste D. Hieronimo, contra naturam, sed egregius, & animi dotibus & virtutibus tuitudini præcellens, ut hæc ejus comparatione grex dicatur. can. dist. 25.

7 Maximè oportet Episcopum, & promovendum omnem, cui opinio vacillare debet in nullo. can. Laici. dist. 33. nulla nota rebus famia, c. fin. de furtis. Abb. in c. super eo. de elect. Corv. de benef. lib. 2. cap. 1.

Corvin  
De Perso  
et Benef. Ec

G  
32

cap. 6. num. 8. Duaren. de benef. lib. 4. cap. 11. Petr. Gregor. de benef. cap. 37. num. 9. sive juris, sive facti, Candelabr. aur. in append. tract. seu cap. 10. num. 3. Gloss. in c. infamibus. de reg. in 6. & ibi Dynus, Francus & alii esse reserptum. c. inter dilectos. de excessib. Pralat. Garc. d. tract. part. 7. cap. 8. num. 5. Quia infamibus portæ dignitatum non patent. c. infamibus. de regul. jur. in 6. l. un. Cod. de infamib. l. 2. Cod. de dignit. d. c. inter dilectos. Dignitatum autem appellatione hic veniunt beneficia omnia. Abb. & Dd. in c. querelam. de jurejur. & Abb. in c. super eo. de elect. num. 2. & 5. Lambert. de Jure Patronat. 1. part. 2. lib. qu. 9. art. 16. num. 3. Covarruv. lib. 3. var. resolut. cap. 3. num. 3.

Et ideo accusatus seu denunciatus de aliquo crimine, pendente accusatione seu denuntiatione, promoveri non debet. l. reus delatus. princ. ff. de muner. & honor. l. reum criminis. Cod. de procurat. l. un. Cod. de reis postulatis. c. fin. de testib. c. omnipotens. de accusat. & ibi Dd. Abb. Felin. & alii. Corraf. d. cap. 6. num. 9. & 10. Duar. d. c. 1. lib. 2. Exemplo suspectorum tutorum, qui accusati non exercent tutelam, donec actio finiat. §. si quis autem. 7. Inst. de suspect. tutor.

Quod tamen procedit, quando persona apud bonos & graves viros est infamata; aliàs promotionem non impedit accusatio. Abb. Felin. ibid. Romanus sing. 438. Selva de benef. part. 3. qu. 5. num. 31. Joan. Andr. in c. meminimus. de accusat. Garc. d. loc. num. 7.

Potest hic etiam dici quod in honoribus, ut post annum, quum quis reus delatus est, si per eum non steterit, quominus peragatur iudicium, ad ordines & beneficia promoveri possit. d. l. reus delatus. 7. in fin. princ. Datus tract. de benef. sect. 4. cap. 4. vers. inde. in fin.

Rursus Infamia non solum impedit præfici, sed & si sit juris facti à dignitatibus adeptis, l. infamia. Cod. de decurion. l. giudice. Cod. de dignitat. Gloss. Dynus. Francus & alii ad d. c. infamibus. ipso jure, Roman. sing. 74. Abb. in c. querelam. num. 3. de jurejur. Ripa in c. 2. de Rescript. num. 8. Covarr. pract. resolut. cap. 19. num. 5. conclus. 5. Sylvest. in Sum. verb. Infamia. num. 15. removeri: non si sit infamia facti, Covarruv. lib. 2. var. resolut. cap. 8. num. 4. Paris. consil. 38. num. 5. parte 4. Abbas & alii in c. at si Clerici. de judic. Duar. d. tract. lib. 8. cap. 6. in fin. Nisi ex primatur in sententia. post alios Additio Dyni, d. verb. infamia. verb. adverte

[Q]

verte

7  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

vertetamen. Paris. d. loco. Enríquez. in Summa. lib. 14. cap. 5. num. 3. et  
in Glossa lit. O. P. Avila de censur. parte 7. disput. 4. dub. 5. vers. secundo  
queritur.

- 12 Generaliter ergo à Beneficiandis requiritur integritas & puritas.  
Hinc dicunt canones crimen hæresis, *can. odit. 1. qu. 1. schisma, can.  
inter hæresin. 24. qu. 3. ambitus, c. nobis. de Simonia. c. cum Clerici. de  
pact. Majestatis læsæ, c. felicitis. de pan. in 6. sacrilegii, c. venerabilis  
de elect. falsi, c. ad falsariorum. de crim. falsi. perjurii, c. querelam. de  
jurejur. homicidii, c. accedens. de accusat. c. ad aures. de etate & qualitat.  
ordin. c. ult. de tempor. ordin. & alia hujusmodi crimina hominem benefi-  
cii incapacem reddere.*
- 13 Et observandi hic sunt canones & constitutiones, quæ causas  
propter quas amittitur beneficium; (De quibus postea plenius) con-  
nent: Nam quam ob causam Clericus perdit beneficium, ob causam  
prohibetur adipisci. *can. ult. 15. qu. 1. c. super his. de accusat. Duar. d.  
Datis, d. locis.*
- 14 Excommunicatis etiam, & iis quibus officio & ministerio hæc  
interdictum, conferri non possunt beneficia; *c. postularus. de Clerico  
com. c. cum bona. de etate & qualitat. c. cum dilectus. de consuetud. necita-  
ter exulibus seu bannitis, ut vocant, quoniam Ecclesiis deservire non  
possunt. arg. c. super inordinata. 35. de prebend. c. relaxum. 4. de Cler.  
non resident. Et sic judicatum Tholosa Anno 1539. ut refert Pe-  
regor. tract. de Benefic. cap. 37. num. 10.*
- 15 Sed hæc omnia ita sunt accipienda, nisi Beneficiarius vel à Sum-  
mo Pontifice, cui potestas & libertas hæc in re est plenissima; vel ab ep-  
scopo, cui interdum & gratiam canonis facere permittitur, veniam  
stitutionemque impetraverit. *c. 2. de Cleric. non ord. ministr. c. 2. de Cler.  
ric. pugnant. in duell. ubi not. Duar. d. loc. in fin. Datis d. loc. in fin. Val.  
& in tract. nostro de person. Eccles. lib. 3. tit. 18.*

Corvin  
De Person  
et Benefic. Eccl.

G

32

TITULUS VII.

De Scientia, seu Literatura.

SUMMARI A.

1. *Literatura requiritur in Beneficiandis & Ordinandis.*
2. *Eriam si sint Monachi.*
3. *Nec dispensationi, etiam Pontificia, hic locus.*
4. *Partes Sacerdotis quæ.*
5. *Adbortatio ad Beneficiandos.*
6. *Qualis requiratur Scientia.*
7. *Qualis in Episcopo.*
8. *Quis præferendus Canonista, an Theologus.*
9. *Quæ in futuris Parochis requiratur Concilium Tridentinum.*
10. *Juris Civilis studium interdixit Clericis Papa Honorius III.*
11. *Permisset Innocentius IV. & Concilium Basileense.*
12. *Prohibuit Clericis idem Honorius Medicina studium, sed quo sensu.*
13. *Omnes liberales disciplina Beneficiandis sunt utiles.*
14. *Peritia idiomatis loci in Beneficiandis requiritur præcipuè.*
15. *Propterea præferendus Indigena Externa.*
16. *Hic admitti potest, si intelligatur in loco Beneficii.*
17. *Tanta non requiritur Scientia in Inferiorum Ordinum Clericis.*

TITULUS VII.  
DE SCIENTIA  
CELESTIA

**S**cientia seu Literatura in beneficiandis requiritur: *c. in con-*  
*stit. de elect. c. grave nimis. de prebend. Clem. 1. de atate &*  
*qualit. ord. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 18. Ut*  
*in Ordinandis can. precipimus. dist. 34. can. illiterati. dist. 36.*  
*can. penitentes. dist. 59. c. fin. de tempor. ordin. in 6. Illiterati si ad mini-*  
 sterium sacrum promoti removendi. *c. ult. de atate & qualit. ordin.*  
 Nam si Laicis prophanisque hominibus doctrina est necessaria, profectu  
 in iis qui praesunt caeteris, & se profitentur aliorum Doctores, intolerabi-  
 bilis est, nec ullam meretur veniam, inscitia. *can. si in Laicis. dist. 38.*

2 Et ad eam Scientia desideratur in Clericis, qui ordinandi sunt, ut dicitur  
 Monachis (quos literarum expertes esse posse constat) si promov-  
 antur ad ordines, desideretur: *d. c. fin. & facta imperito collatio benefi-*  
 cii sit nulla; isque ab ordine sit deiciendus. Dicente Domino; *Quo-*  
*tu repulisti scientiam, & ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. Gen.*  
*cap. 4. & can. omnes. 6. in fin. d. dist. d. c. ult.*

3 Adversus quod Jus nihil potest Romanus Pontifex. Adversus  
 retur enim ejusmodi dispensatio divinis legibus, & Apostolicis pre-  
 ceptis; quae Eum proculdubio adstringunt. *can. sunt quidam. 25. q. 1.*  
*Darius tract. de benef. sect. 6. cap. 4.*

Ignorantiam ergo abiciant Sacerdotes, veluti pestem aliquam  
 inquit Isidorus, & ut legitur in Concilio Toletano, cunctorum cap-  
 rum matrem. *can. ideo. 15. dist. 37. can. 1. ignorantia. dist. 38.*

4 Sacerdotis enim partes sunt, non solum docere verbum Dei, sed  
 etiam contradicentes refellere, ac, ut scribit D. Paulus ad Titum *cap. 1.*  
*adversus qui cav.* Vult D. Petrus 1. *epist. cap. 3.* eos omni poscenti rationem  
 de fide sua reddere. Quae absque doctrina & eruditione praestari ne-  
 queunt. *can. qui Ecclesiasticos. dist. 36.* Periculum enim est, ne si co-  
 eus dux fuerit caeco, ambo cadant in foveam. *d. can. ideo. dist. 37. can.*  
*qua ipsis. dist. 38. c. cum sit. de atate & qualit. ordin.*

5 Parent ergo Beneficiandi sibi scientiam, non parcant studiis, labo-  
 ribus, vigiliis, meditationibus: sequantur exemplar D. Pauli, qui ad pro-  
 phetas Gamalielis legem & Prophetas se didicisse testatur: *Act. 22. Ad-*  
 mittant ejus hortationem ad studium & lectionem. *Epist. 1. ad Titum.*  
*cap. 4.*

Corvin  
De Pers  
et Benefic. Ec

G

32

cap. 4. Non moveat eos, quod ceteri Apostoli literas non didicerint. Erant enim, ut loquitur Isaias cap. 54. Theodidacti; Eisque, ut inquit, D. Hieronymus, Spiritus Sanctus suggererat omnia.

Scientiam ergo requirimus in Beneficiandis, non tanten præcisè 6 eminentem; sed sufficientem: *c. nisi. vers. pro defectu. de renuntiat. c. cum nobis. de elect.* Eamque interpretantur, quæ sufficit explendis iis, quæ necessariò incumbunt cujusque officio & ministerio: ut definit Concilium Tridentinum *sess. 23. de reformat. cap. 2.*

Proinde alia desideratur in Episcopis, alia in Clericis; alia in Presbyteris, alia in ceteris Clericis & inter Presbyteros alia in his, qui Ecclesias regunt Parochiales, alia ceteris Presbyteris. *can. 2. qui Episcopus. dist. 23. can. nulli. 4. cum seqq. dist. 18. c. cum in illis. 16. de prabend. in 6.*

In Episcopo, tam spiritualium, quam sæcularium rerum scientia. 7 *in princ. dist. 39.* Debet enim, scribit Gregorius *Clero & Nobilib. Neapolitanis. lib. 8. epist. cap. 40.* talis hoc tempore in regiminis arcè constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca subditorum utilitate & cautela, sciat esse sollicitus. *can. 1. d. dist. 39.* Scribit idem Gregorius *lib. 5. Epistolar. epist. 29. seu cap. 129.* Secundino Sereno Dei, de Mariano Episcopo, sic; *Dix ergo ei, ut cum loco mutet & mentem. Non sibi credat, solam lectionem & orationem sufficere, ut remotus studeat sedere, & de manu minime fructificare: sed largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam suam credat, quia si hac non habet, vacuum nomen Episcopi tenet.* Docetur id ipsum ex Ordine Romano, dum apponuntur, de quibus debet inquiri in persona Episcopi. *Quæ referuntur à Burchardo lib. 1. decret. cap. 8.*

Gratianus *in d. can. 2. qui Episcopus.* dicit inquirendum, ut sit natura prudens, docibilis, moribus temperatus, vita castus, sobrius, suis negotiis cavens, literatus, in Lege Domini instructus, in scripturarum sensibus cautus, in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus, fidei documenta verbis simplicibus asserat, &c. In judiciis causarum Ecclesiasticarum canones Ecclesiasticos à Summis Pontificibus editos servet. *c. 1. c. fin. de consuet. c. 1. de consang. & affin. can. nulli. 38. dist.* Legitimas institutiones noscat: *can. 8. statuimus. dist. 61.* In judicando potius sanctionibus & Legibus Pontificalibus adhæreat, quàm Sacræ paginæ Doctorum

[Q] 3

7  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

etorum etiam Sanctorum, explicationibus: Quia non habuerunt illi potestatem statuendi, sed tantum explicandi, quae alia est. *in princ. dist. 20. Legum saecularium*, quibus Ecclesia utitur in temporalibus, cognitionem habeat. *can. 8. quoniam idem mediator. dist. 10. c. 1. de novo quae nunc.*

8 Notat Panormitanus *ad c. fraternitas. de Cleric. non resident.* Quia in Episcopatu & praetura obtinenda Canonista, ceteris paribus, preferri debeat Theologo. Notant Hostiensis & alii in *d. c. 1. de consuetudinibus & affinit.* in dissensu an purus Theologus, an purus Canonista Praelatum eligi debeat, potius eligendum purum Canonistam, si Ecclesia ab Haereticis sit remota, & pro majori parte in iurisdictione & causarum ventilatione consistat; quia ex canonibus potest & spiritualibus & temporalibus provideri commodè: *can. 1. dist. 10.* Si Ecclesia vicinior haereticis, purum Theologum preferendum: *c. incantus. in fine. de elect. c. excommunicamus. §. si qui de haeretic.* Si tamen mixta ex utraque potentia concurreret, is utrique esset preferendus. *fac. Gloss. ad c. affinit. verbo incontinenti. de elect. Petr. Gregor. tract. de benefic. cap. 37. num. 12. per tot.*

9 In Concilio Tridentino *sess. 22. de reform. c. 2.* statutum, ut quae Ecclesias Parochiales in posterum erunt assumendi, non solum in quibus à Sacris canonibus requiruntur plenè sint praediti, verum etiam licentia huiusmodi poll. ant, ut muneris sui necessitati possint satisfacere. Licet quoque antea in universitate studiorum Magistri, sive Doctores, sive Licentiatum, in Sacra Theologia aut Jure Canonico, sint promoti, a publico alicujus Academiae testimonio idonei ad alios docendos ostenduntur. Quod si regularis fuerit, à suae religionis superioribus firmam habeant fidem. Et in *sess. 24. de reform. cap. 12.* statutum, ne Archidiaconi fiant in Ecclesiis, nisi sint Magistri in Theologia, seu Doctores aut Licentiatum in Jure Canonico. Et ne admittatur qui ad Dignitatem animarum habentes, nisi doctrina ad suum munus exequendum necessaria, commendetur.

10 An Episcopi & Sacerdotes scientia Juris Civilis possint esse imbuti, apud omnes non convenit. Certum est ejus studium Sacerdotibus & Clericis Honorium III. interdixisse. *c. fin. Ne Clerici vel Monachi*

Corvin  
De Pers  
et Benefic. Ec

G  
32

Hæreticum opprobrium est, inquit Justinianus, si peritos velint ostendere disceptationum forensium. *l. repetita. 41. Cod. Episc. & Cleric.*

Si tamen jus Civile Sacerdos velit legere, non ut in foro versetur, & causas agat, sed ut ex illo æquitatis justitiæque fonte uberrimo, aliquid hauriat & degustet, quod conferat ad suam professionem, id non improbandum. *Duar. de benef. lib. 4. cap. 2. Dart. d. loco.* Nam ut de illo Doctrinarum orbe taceam, dicto à Græcis *ἐκκλεσιολογία*; Jus Canonicum, saltem id quo nunc utimur, magna ex parte cum Jure Civili est conjunctum, ut absque eo nequeat tractari commodè.

Quapropter Innocentius IV. cum tota Synodo Lugdunensi fortè non solum Beneficiariis juris studium permisit, sed & vacationes & immunitates ejus Studiosis est largitus: *c. 2. de privileg. in 6.* Et in Concilio Basileensi *in pragmat. sanct. tit. de numero. & qualitat. Cardinal. de Cardinalibus statutum sic; Sinti viri in scientia, moribus, ac rerum experientia excellentes, & non minores triginta annis, Magistri, Doctores, seu Licentiat, cum rigore examinis in jure Divino vel Humano. Sit saltem tertia aut quarta pars de Magistris aut Licentiat in Sacra Scriptura &c.* Et in concordatis Gallia Baccalauræi & Doctores in Jure Civili promoventur ad Beneficia. *§. 1. de Regia ad Prelatur. nominat. §. pr. fatiq. ordinarii. & §. præterea. de collation. vid. Robuff. tract. Nomination. qu. 21. num. 3. & ad §. si quis verò. ad verba ipso jure. de collation. in Concordatis.*

De Honorio III. scribit Juris Pontificii Interpres Goffredus Beneventanus, norans in Eo juris ignorantiam, Eum non aliter ac vulpem fœcile, quæ cum uvas vitis cujusdam proceræ decerpere diu frustra esset conata, tandem eas contempsit ac damnavit, quod sibi viderentur acerbiores. An rectè, affirmare nobis est religio.

Prohibuit Idem Honorius III. *eadem const. in d. c. fin. Ne Clerici vel Monachi.* sub nomine Physicæ, studium Medicinæ. *arg. c. ad aures. 7. de state & qualitat. ordinand.* Sed, ut diximus de Jure Civili, videndum, quorsum hoc studium amplectantur. Cum enim intentio Honorii sit amplificare Theologiæ studium, non est putandus Medicinæ studium interdixisse iis, qui eo consilio ei operam dant, ut Theologiam commodius ac felicius discere & docere queant. *Duar. d. loco.* Constat enim plurimum inde commodi atque ornamenti, sicut & ex reliqua Philosophia, acce-

JUS  
omnis  
celestis



accedere posse studio Theologiae. Rectè ergo Synodus Basileensis *tit. de collation. §. insuper. in Pragmat. Sanct.* Professores Medicinæ nimè à Sacris Beneficiis esse arcendos putavit.

- 13 In summa, nulla est disciplinarum liberalium, quamvis fœdè Ethnicorum contineatur libris, quæ non utilis ac necessaria Sacerdoti in modum ea in re adhibeat & ad eum, scopum, de quo dictum, studia sua conferat. *can. turbat. dist. 37.* Nec aliter Patres in Concilio Carthaginiensi IV. *cap. 16.* sensisse est verisimile, cum Episcopo præcipuum, gentilium libros legat. *can. 1. d. dist. 37.* D. Paulus *epist. ad Titum, ca. 1.* vult Episcopum *διδασκῶν*, id est, apertum idoneumque ad docendum: Id enim munus Episcopi est præcipuum. *c. inter cetera. de off. ord.* At quomodo docere & explicare commodè poterit, si non diutè factus fuerit in veterum auctorum lectione, eaque doctrinam magis & variam sibi comparaverit. Eam invidet Christianis Imperator Julianus, dictus Apostata. Dicere solebat, *est sibi. Ammiano Marcelino lib. 22. & 25. histor. Theodoro, lib. 3. histor. Eccles. & lib. 4. cap. 9. Cassiodoro in histor. tripart. lib. 6. cap. 17. Propriis pennis confingimur, ex nostris enim libris arma capiunt, quibus in bello ad versus nos utantur.*

Quatenus verò Beneficiando sit inserviendum studiis linguarum & scientiarum inferiorum docet Clementis V. constitutio in Concilio Viennensi edita. *Clem. 1. de Magistr.*

- 14 Maximè adesse debet peritia idiomatis loci, in quo Ecclesia collata Imperito enim idiomatis loci facta beneficii collatio non valet, *Regula Cancellaria de idiomate.* Non enim debet mitti ad populum ignarus linguæ. *Ezechiel. cap. 3.* Alioquin erit, quibus loquitur barbarus. *D. Paulus 1. ad Corinth. cap. 14.* Imò inutilis. Debet enim populo pabulum verbi. Nec ex solo pane vivit homo, sed ex omni verbo quod procedit ore Dei. *c. inter cetera. 15. de offic. Ordin. D. D. Martini Luca 4. Deuter. 8. Clem. 2. de sepultur.* debet confessionem audire, *per cata confessa distinguere, c. omnes utriusq. sexus. de potent. & remiss. vid. can. 1. dist. 43. c. quoniam in plerisque. 14. de offic. Ordin.*

- 15 Propterea decidunt Interpretes, inter plures Clericos, si inter eos paria sunt, indigenam loci esse præferendum. *can. nec committitur. 12. dist.*

Corvin  
De Perso  
et Benefic. Eccl.

G I  
32

12. dist. 61. can. pen. dist. 71. l. in Ecclesia. 11. Cod. de Episcop. & Cleric. & in beneficiorum impetrationibus, datâ paritate, est loci indigena præferendus extero. in Regula Cancellaria. 15.

Qui si intelligat & intelligatur in loco beneficii, si aliud non prohibeat, censetur esse idoneus. c. ad decorem. 5. de institut. Nec enim locus, unde natus est Clericus, vel parentes eum commendant. can. nos qui. 3. can. non loca. 4. dist. 40. can. undecunq. 3. can. nasci. 5. dist. 56.

Hactenus quæ dicta sunt de Beneficiariorum eruditione sunt accipienda de Episcopis & cæteris animarum Curatoribus quorum munus in docendo consistit. Nam cæteri inferiorum ordinum Clerici; puta Lectores, Cantores, quamvis literarum expertes esse non debeant, Nov. vel. 6. & Novel. 123. eorum tamen inscitia non adeo Ecclesiæ est perniciofa, toleraturque in eis qualiscunque literatura; modò psallendi ac legendi sint periti, aut alias ad munus suum obeundum instructi. nos. in c. cum in cunctis. de elect. can. illiteratos. dist. 37. vide Tractat. nostrum de person. Ecclesiast. tit. 16. lib. 2. de qualitat. ordinand. num. 16. cum seqq.

TITULUS IIX.

De Ætate Legitima.

SUMMARIA.

- 1. *Ætas in conferendis Beneficiis consideranda.* *ætatem ad Ordinem ejus requisitam fuerit impetratum.*
- 2. *Ratio.*
- 3. *Consideratur vel ratio ne consequendi Ordinis, vel ratione Beneficii, cui Ordo annexus.*
- 4. *Ratione Ordinis cur.*
- 5. *Quid si Beneficium ante*
- 6. *Ratione Beneficii, cui Ordo annexus, cur consideretur ætas.*
- 7. *Distinguendum quoad ætatem, inter Ordines Minores & Majores.*
- 8. *Ad*

[R] 8. Ad

TITULUS  
DE  
CELESTIA

8. Ad illos qua definita.      nexam habentes.  
 9. Ad hoc, alia definita ante Concilium Tridentinum, alia per illud.      17. Qua circa alia Beneficia Ordinem sacrum annexum habentia.  
 10. Qua ante.      18. Qua circa dignitates vel Personatus, quibus nulla subest animarum cura.  
 11. Qua per Concilium.  
 12. Multa hic per Concilium innovata.  
 13. Qua circa Beneficia Simplicia.      19. Plerumq; longius tempus praescriptum est Beneficio obtinendo, quam Ordini assequendo.  
 14. Qua circa Canonatus Ecclesiae Cathedralis.  
 15. Qua circa Canonatus Ecclesiae Collegiatae.      20. Qua aetas requiritur in Abbatisis &c. olim & hodie.  
 16. Qua circa Beneficia Curata & Dignitates curam animarum an-      21. Qua in Prioratibus Conventualibus.

**A**etatis quoque est habenda ratio in Beneficiis conferendis. Etenim D. Paulus praecipit Timotheo, ut nemini citius imponat. *1. ad Timoth. cap. 5. Quid est, inquit Papa Leo in epist. 85. cap. 1. ad Episcopos Africanos, manus citius imponere, nisi aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum obedientiae, ante experientiam disciplinae, Sacerdotalem honorem tribuere non probatur. quod est. 3. dist. 78.*

Ferunt Salvatorem nostrum Johanni, quem habebat maxime charum, ideo praetulisse Petrum, quod hic esset senex, ille admodum juvenis.

D. Paulus tamen praefecit Ecclesiae Timotheum, admodum de-

Corvin  
De Pers  
et Benefic. Eccl

G

32

venem: quia intelligebat eum esse prudentia simili, eximiâque pietate & doctrina præditum: & tum adhuc nulla regnabat in Ecclesia ambitio.

Nam ut ambitio Romanis veteribus, teste Cicerone, attulit leges annales, ut gradus essent petitionis inter æquales: sic canones Ecclesiastici ætatem ministrorum definientes, ex vitiis hominum videntur esse profecti. *Duar. de benef. lib. 4. tit. 9.*

Eorum constitutio & observatio Ecclesiæ perutilis & necessaria; præsertim in muneribus majoris momenti. Ratio enim & utilitas suadet, ut Ecclesiæ clavum teneat potius senex aliquis, jam maturus, ac, ut Homerus ait, *παλαιά τε πολλά τε εἰδώς*, quam juvenis rerum imperitus.

Estque illud præceptum in omni parte Reipublicæ maxime tenendum, nec unquam sine gravi necessitate violandum.

Videamus igitur quæ *ætas Beneficiandis* Legibus & Canonibus sit definita olim, quæ hodie post Concilium Tridentinum, requisita.

Premittendum, *Eam considerari dupliciter; Vel ratione con-*

*quendi ordinis; Vel ratione Beneficii cui annexus ordo.* *Ratione Ordinis;* Quia vix invenitur, ut non sit annexus ordo beneficium; veluti Episcopatus, Abbatia, Præposituræ, Decanatus, Archipresbyteratus, Presbyterii ordo annexus est; Archidiaconatus ordo Diaconatus; ut si tempore quo eligebantur, aut eis conferebatur beneficium, non erant Diaconi vel Presbyteri, brevi fiant. *c. I. c. præterea. 5. c. à multis. 9. de ætate & qualitat. ord. c. cum incunctis. 7. §. inferiora. de elect.*

Quod si dicti, beneficium impetraverint, non habentes ætatem ad ordinem beneficium annexum requisitam, impetratio, si facta absque dispensatione, est ipso jure nulla. In impetrationibus enim tempus datæ inspicitur: *c. si eo tempore. 9. de rescript. in 6.*

Et si forte ante ætatem ad suscipiendos ordines destinatum & præfinitum, quibusdam fuerint ordines collati, ii non propterea habent, ordinum executionem. Dispensabitur tamen cum eis quoad beneficium, ne sustentatione privati revertantur ad seculum. *c. vel non est comp. 14. de tempor. ordinat. & arg. can. 39. studeat sanctitas tua. dist. 50.*

*Ratione beneficii consideratur Ætas; Quia interdum non requiritur*

[R] 2

tur

tur ordo in beneficio, vel saltem sufficit quilibet ex inferioribus: ut patet infra.

Contingit etiam aliquando, ut quis habeat ordines sine beneficiis, veluti si sine titulo (quod tamen prohibitum. *c. 2. c. Episcopus. 4. c. cum secundum. 16. de prabend. & dignit.*) vel ad titulum patrimonii fuerit ordinatus. *d. c. Episcopus. 4. c. tuis questionibus. 23. eod.*

7 Quoad *Etatem* ad ordines assequendos requisitam, distinguitur *dum inter minores ordines, & sacros seu majores.*

8 *Ad minores, seu inferiores, etiam primam tonsuram; requiritur septennium; can. de his. juncta Gloss. verb. infantia. dist. 27. can. in singulis. dist. 77. c. fin. de tempor. ordin.* excepto Acolytatu, qui requiritur annum duodecimimum completum: *d. can. in singulis.* Nec hic quod per Concilium Tridentinum mutatum. *Vide tract. nostr. de person. Ecclesiast. tit. 16. lib. 2. de qualitat. ordin.*

9 Quoad *Ordines majores seu sacros; alia definita Etas in singulis olim ante Concilium Tridentinum, alia per illud.*

10 *Ante; Ad Subdiaconatum priscis temporibus annorum viginti. can. Subdiaconus. dist. 77. postea octodecim; Clem. fin. de ac. ete. & quoad ad Diaconatum olim viginti quinque, can. placuit. cum seqq. d. dist. 77. c. fin. de Clem. Secundum Justinianum ad utrumque. Novel. 123. viginti quinque: Ad Presbyteratum olim triginta, can. 1. & per 111. dist. 78. can. in veteri. in fin. can. Episcopus. dist. 77. postea; & secundum Justinianum, d. Novel. 123. & Jus Canonicum, ex necessitate, viginti quinque. can. fin. d. dist. 78. d. Clem. fin. Ad Episcopatum, triginta. c. cum in cunctis. 7. in princ. c. cum nobis. 19. vers. de legitima. de elect. Gloss. in d. Clem. fin. Quod primo Concilio Agathensi, deinde Lateranensi est constitutum. d. can. Episcopus. d. c. cum in cunctis. in princ. quoad Justinianus in d. Novel. 123. tempus annorum triginta quinque statuit.*

Annus trigesimus etatis desiderabatur in Episcopo; Quod eodem anno fieret ordinatio Presbyteri olim: *can. 1. 2. 9. dist. 77. junct. tot. dist. 78.* Quod Christus Dominus noluerit ante dictum annum predicare; *can. 4. d. dist. 78.* ut nec ejus præcursor Johannes Baptista. *can. 4. vers. hoc regulare.*

Et tamen legitur in Ecclesia Orientali imperante Constantino Le-

Corvin  
De Pers  
et Benef. Ec

G  
I  
32

omnis Filio Theophylactum annos natum sexdecim factum Patriarcham & sub Padagogis degisse: Uthodie quoque in Ecclesia Occidentali plerique, saltem designati Episcopi, sub Padagogis degunt. *Dartis de benef. sect. 4. cap. 5. de etate ordin.*

Concilium Tridentinum *sess. 23. de reformat. cap. 12.* assignavit Subdiaconatui viginti duos, Diaconatui viginti tres, Presbyteratui viginti quinque annos, inceptos. *Gloss. ad d. Clem. sim. & ibi Dd. non, ut olim, d. can. 1. dist. 78. d. c. cum in cunctis. d. can. in singulis, completos. Hieron. Roderic. in compend. quas. regular. resolut. 106. num. 9.*

Quoad etatem ad beneficia assequenda requisitam multa etiam per Consilium Tridentinum sunt innovata; hic, cum jure veteri, referenda: eaque, vel circa *Beneficia Simplicia*; vel *Canonicatus* ordinem non habentes annexum; eosque ad *Ecclesie Cathedralis*, aut *Collegiatae*; vel *beneficia curata* & *Dignitates* curam animarum annexam habentes; vel *alia Beneficia* ordinem sacrum annexum habentia: vel *Dignitates* aut *personatus* quibus nulla subest animarum cura.

Ad *Beneficia Simplicia*; jure antiquo tantum requirebatur etas annorum septem; *Gloss. in c. si eo tempore. verb. etatem. & ibi Franchus & alii. de rescript. in 6. Rosiniac. de benef. cap. 2. num. 23. & 29. Hojedam. de incompatibil. benef. cap. 24. num. 23.* modo non sonarent in nomen rectorie, nec requirerent consilii maturitatem. *Abbas post alios in d. c. super inordinata. de prebend. num. 4. Selva de benef. part. 3. qu. 5. 2. qualitate Corras. de benef. cap. 3. num. 2.* Hodie, ex decreto Concilii Tridentini, *sess. 23. de reformat. cap. 6.* annorum quatuordecim; nisi in fundatione aliud fuerit expressum: *S. Congreg. refer. Emanuel Sa. verb. Beneficium, num. 3. Gonzal. ad reg. Cancell. reg. Mensium. Gloss. 5. num. 9. Garcias de benef. part. 7. cap. 4. num. 10. completorum, secundum dictum Concilium: Mandos. de etate minore. cap. 4. num. 15. cap. 5. num. 15. Tufebas conclus. 318. lit. E. tom. 3. num. 10. & 13. inceptorum, secundum Congregationem Cardinalium. Henriquez in Summa. lib. 10. de Sacram. Ordinis. cap. 19. §. 2. Zavallos qu. 523. num. 4. & qu. 593. num. 18. Gonzalez. d. loco, num. 90. & 95. Lessius de Just. & Jure. lib. 2. cap. 34. dub. 20. num. 109. Azor. Inst. moral. part. 2. lib. 6. cap. 5. qu. 8. & 9.*

ius  
omnis  
ecclesie

14 Ad *Canonicatum Ecclesie Cathedralis*, ordinem annexum non habentem, quæ requisita fuerit ætas, fuit controversum olim: Sufficiens septennium; *arg. c. ex eo. de elect. in 6. volunt Gloss. in verb. tua. & in d. c. si eo tempore. verb. etatem. & in c. statutum. verb. Canonici. de rescriptis in 6. & ibi Franchus & Com. Dd. Felin. in c. ex insinuatione. de Simonia. num. 2. aliique: requisitam ætatem annorum quatuordecim: Hostiens. Abbas in d. c. super inordinata. num. 4. Archidiacon. in d. c. si eo tempore. & d. c. ex eo. Felin. in c. cum vigesimum. annuum. de offic. deleg. num. 9. Guill. Bened. in repet. c. cum Raynurius. de testam. num. 60. Corral. d. cap. 3. num. 2. Selva d. loco, num. 26.*

Quæ controversia hodie cessat ex Concilio Tridentini decreto *sess. 24. de reform. cap. 12.* ubi decernitur; Quod nemo deinceps ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiatur, nisi qui eo ordine sacro, aut sit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, ut infra tempus à jure statutum: scilicet, intra annum, ut in *sess. 22. de reform. cap. 4.* initiari valeat: Et quod in omnibus Ecclesiis Cathedralibus omnes canonicatus ac portiones habeant annexum ordinem presbyterii, diaconatus, vel subdiaconatus ab Episcopo cum consilio Capituli designandum ac distribuendum, prout videtur in *sess. 24. de reform. cap. 12.*

Unde cum hodie, ut supra diximus, ex eodem Concilio Tridentino *sess. 23. de reform. cap. 12.* ad Subdiaconatum requiratur annus vigesimus secundus, ad Diaconatum vigesimus tertius, ad Presbyteratum vigesimus quintus; incepti, ut Congregatio Cardinalium super eo declaravit; ut tradit Navarrus in *manuali cap. 35. num. 116. Gutierrez Canoniar. Quest. lib. 1. cap. 26. à num. 8. Enriquez. supra s. 2.* qui voluerit obtinere canonicatum aut portionem Ecclesie Cathedralis, non est initiatus illo sacro ordine, quem canonicatus aut portio habet annexum, debet esse in ætate ad talem ordinem requisita. Et sic, si habet Subdiaconatum annexum, habere debet unum & viginti annos, scilicet, quod idem, esse major uno & viginti, ita quod vigesimum secundum attigerit: & si annexum habet Diaconatum, debet habere annos viginti duos, seu esse viginti duobus annis major; ita ut intraverit vigesimum tertium; & si annexum habet presbyteratum; debet habere annos viginti

Corvini  
De Persona  
et Benefic. Ecc.

G I  
32

ginti quatuor, & attigisse vigesimum quintum. *Hojeda d. cap. 24. num. 16. Majolus de irregular. lib. 1. cap. 30. num. 12. Zerola in praxi Episcop. parte 1. verb. Canonica. §. 2. & 9. Enriqu. d. §. 2. vid. Garc. d. loco, num. 23. cum seqq.*

In Ecclesia autem, in qua nec ante, nec post Concilium Tridentinum facta designatio & annexio factorum ordinum, & sic canonicatui nullus ordo sacer assignatus, qui canonicatum vel portionem consequi vult, debet habere ætatem ad Subdiaconatum requisitam. *Hojeda d. loc. num. 16. Majolus d. cap. 30. num. 11. cum seq. Azor. d. qu. 5. vers. verum. S. Congreg. in una Algarbiensi. & in alia addict. cap. 12. Concilii. num. 17. vers. Sineq.*

Ad *Canonicatus Ecclesie Collegiate*, qualiscunque, ut & alia beneficia, sufficit attigisse annum decimum quartum. *Zerola d. verb. Canonica. §. 9. Enriqu. d. cap. 19. §. 2. Cechus de Republ. Christiana. cap. 24. de Canonica. num. 3. vers. 5. Azor. d. cap. 5. qu. 6.*

Ad *parochiales Ecclesias seu Curata Beneficia, & Dignitates* quaslibet, in quibus cura subest animarum, debet promovendus ætatis annum vigesimum quintum attigisse. *d. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. c. licet canon. 14. eod. in 6. Concilium Trident. d. sess. 24. de reform. cap. 12. Corras. d. loco, num. 3. Hojeda d. loc. num. 19. Flamin. Paris. lib. 4. de resignat. cap. 9. num. 16. & cap. 11. num. 14.*

Hincadem ætas requiritur in Abbate. *Corras. d. loco, num. 7. Hojeda num. 11. Quintanadvennas Ecclesiasticon lib. 1. cap. 6. num. 11. Majolus d. cap. 30. num. 30. Henriqu. d. loc. §. 3. Guil. Benedict. supra num. 19. vid. Tract. nostr. de person. Ecclesiast. tit. 14. lib. 3. de Abbatib.*

In *beneficiis aliis*, non tantum presbyteratus, *Joan. Andr. in d. c. ei 17. c. Rom. conf. 370.* sed quibuscunque, *Archidiac. Calder. Joan. de Lignano. Imola, Dominicus, Franchus in d. c. ei cui. num. 14. & ibi Probus ad Monachum num. 1. Lambert. 1. par. 2. lib. qu. 7. art. 27. num. 8. de jure patron. ordinem sacrum annexum habentibus, licet non actu, ex fundatione, consuetudine, statuto, vel privilegio; requiritur ætas ad ordinem annexum requisita. c. is cui. 29. c. cum in illis. 16. & ibi Gloss. verb. provideri. de præbend. in 6. Gloss. in d. c. suo tempore. verb. ætatem. & ibi Franchus num. 10. de præscrip. in 6. Rota decis. 1. num. 3. de præbend. in novis.*

ius  
m  
celesina  
v.



novis. Rebuff. in praxi. tit. requisita ad collationem bonam. num. 33. & 34. & in repetit. c. extirpanda. §. qui vero. de prabend. 3. notab. Hojida ubi supra num. 20.

18 Ad dignitates vel personatus, quibus animarum cura nulla libet, jure antiquo eadem aetas, quae in curatis, requiritur: d. c. cum in cunctis §. inferiora. ubi Abb. num. 3. Dec. num. 11. Franch. in d. c. si eo tempore num. 10. & in c. un. de atate & qualit. & ord. practic. in 6. Davi. tract. de benef. 4. cap. 5. vers. in dignitatibus. ita tamen ut cum majoribus viginti annis possit Episcopus dispensare. d. c. un. Davi. d. loc. Garc. d. loc. num. 54. Concilium Tridentinum d. c. sess. 24. de reform. cap. 12. requirit ad dignitates quascunque, vide Garciam d. loc. num. 62. cum seqq. annos viginti duos. Nec Episcopo permittitur dispensatio. Rebuff. d. loc. num. 41. Navarr. d. cap. 85. num. 116. Azor. d. cap. 5. qu. 9. Annotata completos, Mandos. tract. de atate minor. cap. 5. num. 10. Gloss. in d. Clem. Generalem. verb. in decimo octavo. Abb. in d. c. cum in cunctis. num. 6. Felin. in d. c. cum vigesimum. num. 1. de off. deleg. §. Congreg. de die 22. Septemb. 1595. Diss. Zerola in praxi Episc. d. verb. beneficia. §. 1. vers. ad dignitates. Enriquez. lib. 14. cap. 8. §. 10. in fin. Gloss. 10. Eman. de verbo Beneficium. num. 41.

19 Animadvertendum de atate circa Beneficia, plerunque longius tempus praefinitum esse Beneficio obtinendo, quam assequendo Ordinibus; ut ecce, in Episcopis, ut dictum, exactus annus trigessimus: d. c. cum in cunctis. in Francia vigesimus septimus: ex concord. §. 1. de Regia ad Praelatur. nominat. faciend. & tamen, ut diximus, licet ad Praesbyteratus ordinem in anno vigesimo quinto. Davi. d. loc. vers. de atate.

Similiter nemo Archidiaconatum obtinere potest, qui non vigesimum quintum aetatis annum attigerit; d. c. cum in cunctis. ut dictum & tamen Diaconatus ordo, qui est annexus Archidiaconatui, potest, ut diximus, obtineri anno aetatis vigesimo tertio. Davi. d. loc. vers. praesbyteratus.

Aetas eadem quae requiritur in Episcopis, & requisita in Cardinalibus, sec. Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 1. & sess. 24. de reform. cap. 1. vers. ea vero omnia. & sess. 22. de reform. cap. 2. omnibus; exceptis

Corvin  
De Perso  
et Benefic. Ec

G

32

Diaconis. Quos sufficit esse annorum viginti duorum. *ex constitutio-  
ne Sixti V. Garc. d. loco, num. 78. cum seq.*

In Abbatissis & Priorissis desideratur annus ætatis quadragesimus; 20  
*sec. Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 7. Olim sexagesimus. can.  
Jurenculas. 20. qu. 1. Ut & in viduis, quæ in Diaconissarum ordinem re-  
ferantur: D. Paulus 1. epist. ad Timoth. cap. 5. Quod & postea mu-  
tatum; can. 15. Synod. Chalcedon. & can. 14. IV. Synodi in Trullo & or-  
dinatus annus quadragesimus. Vide Tract. nostr. de person. Ecclesiast. tit.  
5. lib. 2. de Diaconissis.*

In Prioratibus Conventualibus desideratur annus vigesimus quin- 21  
tus; nisi cura animarum regatur per alios quam Priores; & tum vigin-  
ti anni completi sufficiunt. *c. 1. §. ceterum. de statu monach.*

Animadvertendum, quod provisio facta non habenti ætatem in-  
tegram, Sanchez. *de matrim. lib. 11. disput. 16. num. 4. in beneficio re-  
quisitam, sit nulla. Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 4. qu. 9. num. 20.  
cum seqq. Emanuel. Rodrig. in Sum. 1. tom. cap. 30. num. 1. Vega in Sum.  
1. parte, cap. 36. casu 5. & 21. Etiam in conscientia. Ledesma in Sum. 2.  
parte, tract. 7. cap. 23. conclus. 7. difficult. 17.*

Numeranda ea non à die conceptionis, ut vult Glossa Regule Can-  
cellarie 17. sed nativitatis. *Covarruv. in 42. part. cap. 8. §. 2. num. 3.  
Molin. de Just. & Jure, tomo 2. disput. 573.*

## TITULUS IX.

### De Cælibatu.

#### SUMMARI A.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Cælibis unde dictus.                                | 4. Non Sancti Patres.  |
| 2. Quis.   | 5. Quidam Apostoli fue-<br>runt conjugati: ut &<br>Episcopi tempore Justi-<br>niani. |
| 3. Cælibem vitam non im-<br>posuere Clericis Apostoli. | [S]  |

6. In

6. In Occidentali Ecclesia 9. Quid juris hodie.  
 cœlibatus introductus. 10. Quæ ejus ratio.  
 7. Admisit & olim Ori- 11. Conjugati qui hic in-  
 entalis: rejecit postea. telligantur.  
 8. Quid in Concilio Ancy- 12. Quid servetur circa  
 rano, aliisque statutum. Clericos qui cœlibes in  
 Clerum admittuntur.

1 **C**œlebs, secundum Festum lib. 3. dictus, quod vitam cœ-  
 dignam gereret.

2 Est vel qui nunquam uxorem habuit, vel habuit, sed iam  
 non habet.

3 Talem vitam Sacerdotibus & Clericis imponere veritè fuit Apo-  
 stoli. Qui dicunt in can. 5. *Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus, uxorem suam prætextu religionis non abjicit: si abjicit, segregator à communione; si perseverat, deponitur.* Et in can. 50. *Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut quisvis omninò de Sacerdotali consortio, carnis, & carnibus, & vino abstinuerit, non propterea, quomèns ad cultum pietatis reddatur exercitator, sed propter abominationem: oblitus est omnia pulchra valde, & quod masculinum & feminam Deus creavit bonam, sed diffamationibus laceffens creationem Dei, vocat ad calamitatem, aut corrigitor, aut deponitur, & ex Ecclesia rejicitur.*

4 Veritè & Sancti & antiqui Patres, ut constat ex Concilio Gangra-  
 si; can. 4. relato in can. si quis discernit. 15. dist. 28. & ex sexto Synodo  
 cap. 13. relato in can. quoniam. 13. dist. 31. & ex Synodo Nicæna: can.  
 Nicæna. 12. dist. 31. Nam ut scribit Sozomenus lib. 1. *hystor. Eccles.* cap.  
 22. cum in Nicæna Synodo vellent aliqui Episcopis, Presbyteris, & Dia-  
 conis uxorum suarum usum interdicerè, exurgens quidam nomine Pro-  
 phnutius contradixit, honestam rem conjugum esse contendens, & ce-  
 stitate cum propria uxore concubitum. Cujus sententiam Synodus  
 laudavit & amplexa est.

5 Sed & ipsi Apostoli Christi, Petrus, Philippus, & alii, leguntur  
 uxore-

Corvin  
 De Perso  
 et Benefic. Ec

G I  
 32

uores habuisse. *Euseb. lib. 3. histor. Eccles. cap. 30.* Imperator Justinianus laudat Epiphanium Patriarcham Oecumenicum, quod ducat genus & originem ex Sacerdotibus. *Novel. 3. in epilogo.* Et Harmenopulus *lib. 4. procl. de Lege Clericis matrimonium interdicens* differens, utitur verbo *ἀνελευθέρως νόμος*, inquit, *πρὸς κληρικών*, id est, derogare Legis, quæ de Clericis lata est, quandoquidem Legislator θεομα-  
270, ut puto, & cum natura pugnare ipsi videbatur.

Tandem eo res devenit, ut Occidentalis Ecclesia suscipere votum castitatis in iis qui in sacris essent constituti; in his verò qui in minoribus, licita essent conjugia. *can. 1. d. can. quoniam. 13. dist. 31. can. 3. can. seriatim. 14. dist. 32.*

Orientalis Ecclesia prioribus quidem temporibus admisit cælibatum aequè ac Occidentis. Scribit D. Hieronymus *adversus Vigilantiam: Quid facient Orientis Ecclesia, quid Aegypti, & Sedis Apostolica? quæ aut virgines Clericos accipiunt, aut continentes, & si uxores habuerint, mariti esse desierunt.* Posterioribus temporibus longè aliud censuit, & votum castitatis non suscepit. *d. can. quoniam. 13. d. can. seriatim. 14. c. cum olim. 6. de Cleric. conjugat.* Placuit tamen, ut secundum illud quod temporibus Apostolorum obtinebat, ut constat *ex can. ex his qui. 25. Apostol.* & adhuc quoque obtineret; Nempe ut ante susceptos sacros ordines liceret ducere uxorem, post susceptos non liceret. *can. 6. Synodi in Trullo.*

Constitutum tamen fuit in Concilio Ancyrano, ut Diaconi tantum (Nam de Presbyteris mentio est nulla) si in ipsa fuissent proreftati ordinatione, se velle contrahere matrimonium, nec se continere posse, postea uxores ducere possent, & nihilominus manere in ministerio. *can. Diaconi. 8. dist. 28.*

Adde quod Presbyteri, quamvis adversus votum in ordinatione factum & professionem expressam duxissent uxores; tantum, nisi Episcopus voluisset ipsis facere gratiam; excommunicabantur. *Concil. Chalcedon. can. 16. aut à ministerio Sacerdotioque summovebantur Nicaenar. Concil. can. 1. Novel. 22. nec ideo dirimebatur matrimonium. can. nuptiarum. 27. qu. 1. can. quidam. dist. 27.*

Hodie autem jus ita est constitutum, ut conjugati nullo modo ordi-

[S] 2

dinc-

JUS  
MIS  
Ecclesia  
V.

dinentur, nec ad Beneficia aut Dignitates Ecclesiasticas adspirent. *c. de diversis fallaciis. c. cum decorem. de Cleric. conjugat. fac. c. un. vers. in ceteris autem. eod. in 6. Lambert. in. de Jure patron. 1. part. lib. 2. qu. 7. art. 2. Hojedade de incompatibil. beneficiorum. part. 1. cap. ult. num. 76. & seq. de eo ut etiam beneficia ante matrimonium obtenta amittant: c. 1. c. diversis fallaciis. eod. & ibi Gloss. & Dd. Nec Episcopi dispensationi hic locus etiam si beneficium sit simplex. Abbas in c. Johannes. eod. num. 7. Sola de benefic. part. 1. qu. 7. num. 18. Lambert. supra num. 8. Prob. ad Manichum. in c. nullus. de tempor. ordinat. num. 14. & 15. Hostiens. Cardinalis d. c. Johannes. Secundum sententiam communem. Capra reg. 37. num. 48. & 49. Cum contra jus, nisi in casibus expressis, dispensatione queat. Dd. in c. at si Clerici. §. de adulteris. de judic. Suar. 5. tom. de consue. disp. 6. Act. 4. num. 7. & disput. 7. sect. 4. Garc. de benef. part. 11. cap. 1. num. 344.*

10 Fortassis istius juris Authores sunt veriti, ne gravissima matrimonii onera, muneris Ecclesiastici impedirent functionem: Nec immemorto. *Negotium habere qui volet*, inquit Plautus, *Navem & mulierem ut duo sibi comparato*. Cicero rogatus ab Hircio, ut post repudium Terentia, duceret sororem ejus, omnino facere superedit, dicens: *Non posse se uxori & Philosophia pariter operam dare; teste Hieron. in Joram.*

11 Conjugatos accipimus, qui verbis in praesens tempus conceptis contraxerunt nuptias, quamvis fortasse non secutus fuerit concubitus. *Extr. antiqua. de voto. Not. inc. 1. de Cleric. conjug.*

12 Quod ad eos attinet, qui coelibes in Clerum admittuntur, hoc utimur; ut lectores, cantores, & qui constituti in ordinibus inferioribus, nec conscenderunt usque ad Subdiaconatum, ducere possint uxorem, matrimoniumque ita contractum teneat; nisi obstat causa alia: beneficia vero sua minimè retineant, sed vacare dicantur statim. *c. 1. de 5. de cleric. conjug. ubi Gloss. Duar. de benef. lib. 4. cap. 5. Davin. eod. in tit. sect. 4. cap. 5.*

TITULUS X.

De Digamis.

SUMMARI A.

- 1. Digamus à Beneficiis repellitur.
- 2. Digamus quis.
- 3. D. Pauli voluntas.
- 4. Ethnicorum observantia.
- 5. Polygamia etiam Ethnicis incontinentia argumentum.
- 6. Polygamis olim pœna imposta.
- 7. Ad pœnitentiam publicam adstricti.
- 8. Ratio.
- 9. Ob eam Digami ad Sacerdotium non admissi.
- 10. Aliam adfert D. Thomas.
- 11. Remoti etiam Digami olim ab inferioribus Ordinibus.
- 12. In inferioribus Ordinibus constituti ducentis uxorem, quæ pœna vetus & nova.
- 13. Polygamia de Jure Civili non initiatis permessa.
- 14. Dicta de Digamis locum obtinent inducentibus viduas; ob rationes tres.
- 15. Quæ prima.
- 16. Secunda.
- 17. Tertia.
- 18. Eadem obtinent inducente Concubinam, ejectam, meretricem, ancillam.
- 19. Quæ illa.
- 20. Dicta obtinent in uxorem adulteram retinente.
- 21. An

[S] 3

21. An

21. An possit cum iis dis-  
pensare Papa.
22. An pro Bigamo ha-  
bendus, qui ante Bapti-  
smum habuit conjugem.
23. Quid hic statuerit Pa-  
pa Zozimus.

**Q**UAMVIS, ut præcedenti titulo diximus, ad Sacerdotium, & ex eo ad Beneficium, veteribus canonibus admittitur conjugatus, tamen repellitur *Digamus*. *can. 1. & 2. dist. 3. cap. 1. 2. 3. de Digam.* Habetur enim pro mero Laico omnino Clericali privilegio privato. *c. un. eod. in 6. Concil. Trident. sess. 2. de reformat. cap. 17. in fin.*

**D**igamum vocamus, non qui duas habet vel habuit uxores eodem tempore, quod nunquam in Ecclesia Catholica fuit permissum Romano autem jure semper vetitum; *l. 2. Cod. de incest. nupt. sed et temporibus diversis.* Sic enim *can. 16. Apostol. habet; Qui post Baptismum duabus implicatus fuit nuptiis, aut concubinam habuit, si Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut deniq. in consortio Sacerdotum non potest.* Cui Constitutiones Imper. Justiniani sunt confirmatae *Novel. 6. Novel. 22. Novel. 123.*

**V**ult Apostolus Paulus, ad Timotheum & Titum scribens, Episcopos & Diaconos esse unius uxoris viros; *epist. 1. ad Timoth. cap. 3. & ad Titum cap. 1.* Idem ad Timoth. *d. 1. cap. 5.* inquit; *Videtur dicitur, quæ unius viri uxor fuerit.* *Vide Gratianum per tot. dist. 26.*

**S**ic & apud veteres Romanos adhuc gentiles, & gentes alias, Digam repellentur à Sacerdotio. D. Hieronymus *epist. ad Gerontium* dicit; *Hierophanta apud Athenas exiratur, & æterna debilitate fit capax. Flamen unius uxoris ad Sacerdotium admittitur. Flamine quoque unius mariti eligitur uxor.* *Ad Tauri Egyptii sacra semel maritus assumitur.*

**N**am etsi divino humanoque Jure polygamia, incontinentie randa causâ, sit permittenda; tamen ut cujusdam incontinentie immolacæ argumentum, & à Gentilibus, & à veteribus Patribus, non facta bestia est judicata. Sic *Porcia*, inquit D. Hieronymus in *sermone*

Corvin  
De Perso  
et Benefic. Ec

G I  
32

cum apud eam laudaretur quaedam bene morata, que secundum habebat ma-  
ritum, respondit, Felix & pudica nunquam preterquam semel nubit.

Imò olim plures nuptias contrahentibus poena fuit imposita. Ca- 6  
non 3. Neocæsar. Concil. sic loquitur: De his qui frequenter uxores du-  
cunt, & de his, que sapius nubunt, tempus quidem penitentie (scilicet  
publicæ, secund. can. 1. Concil. Laodicen.) iis constitutum, manifestum  
est, sed conversatio & fides eorum tempus abbreviat, &c. can. 8. de his. 31.  
qu. 1. Dicit Concilii Laodicensi can. 7. vetantur Presbyteri Digamorum  
nuptiis interesse, ne presentia sua illis suffragari videantur, d. can. de his.  
Presbyterum. Et Synodo Ancyrana can. 19. jubetur, ut qui virginita-  
tem, quam Deo sponponderant, violarint, eadem qua Digami poena  
coerceantur.

Apparet ergo Digamos ignominia olim notatos, & ad pœnitenti- 7  
am, sed eam per brevem, atque tolerabiliorem fuisse adstrictos.

Chrysostomus, seu Auctor operis imperfecti in Matthæum homil. 8  
12. inquit: Hac ratione & Apostoli præceperunt secundas adire nuptias  
propter incontinentiam hominum. Nam secundam quidem accipere secun-  
dam præceptum Apostoli licitum est, secundum autem veritatis rationem ve-  
re scortatio est. &c. can. 9. hac ratione. 31. qu. 1. Quem tamen textum  
dicit Bellarminus de Sacram. Matrim. lib. 1. cap. 9. ex corrupto ab hæreticis  
opere temere à Gratiano esse desumptum. D. Augustinus supra 1. Pauli  
epist. ad Corinth. inquit; Nec contra humana verecundia sensum audeo  
licere, ut quoties voluerint, nubant, nec ex corde meo quovislibet nuptias  
condemnare. can. ult. 31. qu. 1.

Hac ratio movit antiquos Juris Pontificii Auctores, ut Digamos 9  
ad Sacerdotium non admitterent. Quomodo enim potest hortator vidu-  
tatis esse apud Populum, qui & ipse conjugia frequentaverit; inquit D.  
Ambrosius in lib. de Offic. can. una. 4. dist. 26.

Afferit D. Thomas quest. 66. art. 1. in addition. in 3. Summa par. 10  
tam. rationem aliam; Nempe hanc: Quod ordinatus Clericus, per  
Sacramentum Ordinis, Sacramentorum constituitur Minister. Quem  
convenit in Sacramentis nullum pati defectum. Is est, quando Sacra-  
menti significatio non reperitur integra; ut in proposito Sacramentum  
matrimonii significat conjunctionem Christi ad Ecclesiam; quæ est una  
ad

ULS  
1715  
telesia  
V.



ad unum. *c. debitum. 5. de Bigamis.* Jam si Sacerdos plures habuerit uxores, & sic carnem suam dividerit in plures, non fuit ipse uxoris unus, & idcirco Sacramenti matrimonii significatio non erit in eo: proptereaque est constitutum, Bigamiam, quæ tollit ejusmodi significacionem, inducere irregularitatem.

11 Nec verò tantum Digamos removerunt veteres à Sacerdotio, sed etiam ab aliis Ordinibus inferioribus. *can. si quis viduam. can. cognovimus. dist. 32. can. maritum. dist. 33.*

12 Adeo ut, si in Inferioribus Ordinibus constitutus, duxerit alteram, ordinatio fiat statim irrita, digamusque privilegio intelligatur, ut dictum, esse nudatus secundum Jus Pontificium Novum *tot. tit. de Digamis. in 6.*

Veteri siquidem jure prohibebantur Clerici Bigami tantum ad superiores ordines ascendere. Diaconi vero Presbyterique à ministerio summovebantur. *can. seriatim. dist. 32. Novel. 22.*

Quod autem jure Pontificio novo hujusmodi matrimonium cum Sacerdotibus Diaconisque contractum non teneat, dubium potest esse nemini. *c. à nobis. de bigam. non ordin. cum ne monogamia quidem potest concessa sit post ordinationem ullo modo, ut jam dictum. Duar. de benef. lib. 4. cap. 8.*

13 Diximus Civili Jure polygamiam non initiatis permissam esse. Dictum volumus de jure Civili in Justiniani Imperatoris libro octavo Legimus enim apud Harmenopulum *lib. 4. tit. 7.* Imperatorem quendam interdixisse omnino nuptiis quartis, easque justitiam esse irritas.

14 Dicta hætenus de Bigamis, & locum habent in *ducentisibus viduarum. c. de bigamis. 3. c. debitum. 5. eod. can. curandum. c. precipimus. can. si quis viduam. dist. 34.* Nam hos canon Apostolorum Bigamis omnino comparat. *can. qui viduam. 17.* Rationes reddi possunt tres; una radicalis, scilicet seriatim duæ.

15 *Prima* harum: Quia uxoris, quam ducunt, Bigamiam viduarum probare, ejusque Digamiæ ei præbere occasionem.

16 *Alteras*: Quia cum uxor dividerit carnem suam in plures, non erit una unius. At ut perfecta sit Sacramenti significatio, oportet, ut una sit.

Corvin  
De Personis  
et Beneficiis Eccl.

G I  
32

*Tertia:* Quia uxorem viduam ducere res vulgo est ridicula & ho-  
 minum cavillis obnoxia. Quod vel tritum apud Juris Civilis Docto-  
 res diciturum Discipulorum J. C. Bulgari in Præceptorem ostendit:  
*Gloss. in l. rem non novam. 14. Cod. de judic.* Solebat Verrius Flaccus, ut  
 refert Varro, ducentas viduas comparare veteres fossas tergentibus.  
 Jam quia veteres Fossas liceret tergere in feriis, facere novas jus non ef-  
 fer: ideo magis viduis quam virginibus idoneas esse ferias ad nuben-  
 dum dicebat. *Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 15.*

Quod diximus obtinere in ducente viduam, obtinet & in ducente  
 concubinam, ejectam, vel meretricem, aut ancillam. *can. 17. Apostol.*  
*can. si quis viduam. 15. dist. 34.*

Vidua est, cujus maritus est mortuus: Ejecta est, quæ à marito vi-  
 vente ejicitur: Meretrix, quæ multorum libidini patet. *can. vidua est.*  
*16. d. dist. Auctore Hieronymo epist. 128. ad Fabiolam.*

Quæ igitur cum uno aut altero se miscuit, meretricis appellatio-  
 nem continetur. *l. palam. 43. §. 2. ff. de ritunupt.*

Veruntamen ad hanc quoque *d. can. 17. Apost.* est productus, ut  
 quisquis talem duxerit, à sacro ministerio arceatur. *can. curandum. 19.*  
*cum seq. d. dist. can. qualis. 30. qu. 5. can. qualis. fin. dist. 51.*

Quod & in eo, qui uxorem adulteram retinet, servatur. *sec. can. 8. 20.*  
*Spod. Neocesar. can. si cujus. 11. cum seq. d. dist. 34.*

Ex magna tamen causa poterat cum his dispensare Summus Pon-  
 tificex, ut concludunt Interpretes post altercationem magnam. *inc. 2. de*  
*bigamis. D. de benef. sect. 4. cap. 6. vers. quod autem. in fin.*

Quæritum utrum pro Bigamo esset habendus & ut talis ab Ecclesi-  
 asticis ordinibus arcendus, qui ante Baptismum habuisset conjugem:  
 Negabat D. Hieronymus *epist. 83. ad Oceanum. can. unus. 1. dist. 26.*

Afirmabant D. Augustinus *lib. de bono conjugii. cap. 18. & in epist. ad Ti-*  
*tum. can. acutus. 2. dist. d. D. Ambrosius, lib. 1. de offic. cap. ult. can. ult.*  
*d. dist. alique SS. Patres.* Unde Concilio sub Papa Damaso statuitur,  
 uti Digami non ordinentur Clerici, etiam si Gentiles adhuc, hac se infe-  
 licis sortis necessitate maculaverint. Vide Innocentium I. *epist. 2. cap.*  
*6. can. deinde. 3. dist. 26.*

Quin & Papa Zozimus *epist. 1. non modò Episcopum, aut Diacono-  
 [T] num,*

IUS  
 MIS  
 telesina  
 V.

num, aut Subdiaconum, sed ne Lectorem quidem aut Exorcistam fieri patitur cum qui viduae sit maritus. *Dartis d. loco. vers. ult. in fin. Comp. ge huic titul. Tit. de vinculo Civili imped. non ordinand. in Tract. no. 1. de Personis Ecclesiastic.*

## TITULUS XI. De Ordine Ecclesiastico.

### SUMMARI A.

1. Beneficiandi debent habere Ordinem.
2. Confertur, etiam per primam tonsuram.
3. Eam non habens non potest ad Beneficium presentari.
4. Nisi in tempus habile.
5. Absoluta presentatio est nulla.
6. Ejus qui tempore scripturae presentationis non est Clericus, est valida.
7. Aliquando non sufficit prima tonsura, sed requiritur certus Ordo.
8. Dispensationibus Pontificis & Episcopali hic locus.
9. Nonnulla Beneficia nisi Ordinem habentibus conferri possunt.
10. An hic dispensare possit Episcopus.
11. Facienda promotio ad Ordines, primo per gradus.
12. Rigor ille interdum relaxatus.
13. Secundo, à temporibus statutis.
14. Ab Episcopo proprio vel eo permitente alio.
15. Datis Dimissionibus.

Corvin  
De Person  
et Benefic. Ec

G I

32

16. *Proprius Episcopus quis.* 20. *Quale hic Concilii Tridentini Decretum.*  
 17. *Sine Dimissorialibus ordinatio facta est nulla.* 21. *Quid si quis receperit Ordines à Non-Episopo.*  
 18. *Ipso jure.* 22. *Rebuffi hic consilium.*  
 19. *Olim sic Ordinatis interdicebatur Executio.* 23. *Quomodo se Ordinatum probabit Clericus.*

**I**nter qualitates, quas habere debent ii, quibus conferuntur Beneficia prima & præcipua, est Clericatus & Ordo. Sunt enim Laici Beneficiorum incapaces regulariter; c. cum adeo. de rescript. c. 2. de institut. c. ex literis. de transact. adeo ut nec sufficiat destinatio, concurrente etiam habitu Clericali: Abbas in d. c. 2. Felin. in d. c. cum adeo. ex num. 2. Selva de benef. 3. part. qu. 6. Covarr. var. resolut. 3. part. cap. 1. num. 1. Duaren. de benef. lib. 4. cap. 8. Zechus de benef. & pensio. cap. 3. vers. inhabilis. nec reputatio, qua quis existimatur Clericus, quinon est talis: Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 4. qu. 2. conf. 19. Zechus d. loco. Nisi ea sit communis. Rota decis. 139. lib. 3. part. 3. divers. Pontanus de spolio. lib. 2. num. 179. Garc. de benef. part. 7. cap. 1. num. 11. & 140.

Confertur Ordo Clericis etiam per primam tonsuram; c. cum contingat. de atate & qualitat. ordinand. & ibi Dd. & Commun. Canonista ut per Felin. in c. sicut pro certo. 39. de Simonia. num. 2. Mandos. reg. 24. qu. 1. num. 2. Covarruv. in c. quia nos. de testam. num. 4. verbo Ordinis sumto generaliter secundum Canonum, arg. d. c. cum contingat. & communem loquendi usum. Navarrus conf. 11. de tempor. ordinat. num. 1. & 3. Suarez. de relig. tract. 3. lib. 4. cap. 13. num. 8. & cap. 56. num. 5.

Cum ergo Laicus, qui non habet primam tonsuram, sit beneficiorum incapax, non poterit ad beneficium presentari, si factum, presentatio erit nulla. Millus in repertorio. verb. beneficium si impetrat. Rebuff. in Concordat. tit. de forma mand. verb. pro expressis. vers. quæro quæ sint.

*Lambertin. de jure patron. 1. part. 2. lib. quest. 7. art. 2. ad fin. & art. 7. & 29. ad fin. Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 4. qu. 2. num. 5. Garc. d. loc. num. 25. Licet presentatus sit proximè clericandus. Lambert. d. loc. Hojeda de incompatibil. benefic. part. 1. cap. fin. num. 72. Duar. d. loc. R. finiac. de benefic. cap. 1. num. 39. & 40. Nisi is presentetur tacitè vel trespresè in tempus quo erit Clericus, & sic in tempus habile. arg. Lambert. p. 62. in princ. ff. de hered. instit. Lambert. 2. part. 2. lib. 3. quest. 5. art.*

4 Tacitè in dictum tempus dicitur presentatus, si dicat Patronus *Presento talem de proximo clericandum*; vel si dicat; *Presento talem* peto eum ordinari *prima tonsura*, &c. Et sic accipe Declarat. S. Gregat. Concilii *supr. sess. 7. de reform. cap. 10.*

5 Absoluta presentatio non tonsurati est ipso jure nulla. Licet de proximo sequatur tonsuratio. Cum ea requiratur tempore presentationis. *Garc. d. loco, num. 31. Navarr. consil. 2. num. 1. de etate & qual. Garcias d. part. cap. 4. num. 85.*

6 Valet presentatio de eo, qui tempore ipsius presentationis factæ coram Ordinario est Clericus, licet nominationis seu scripturæ presentationis tempore non sit Clericus. *Franc. inc. 1. num. 1. de jure patron. in 6. Roebus verb. honorificum. num. 27. & 73. Lambertin. 1. part. 2. lib. qu. 4. art. 16. & 2. part. 2. lib. qu. 4. art. 1. 2. & 3. Garc. d. cap. 1. num. 33. & 35. cum seq.*

7 Notandum interdum non sufficere solam tonsuram; sed requirere certum ordinem. Sciendum enim cum Doctoribus *inc. ei cui d. de probend. in 6. & ibi Prob. ad Monachum, à num. 1. Petr. Gregor. de decret. cap. 36. num. 6. & alii.* quadam beneficia esse Sacerdotalia, quæ requirunt presbyteros; sive de jure; ut Parochia, Abbatia, Decanatus, Prepositura, Archipresbyteratus: *c. 1. de etate & qual. ordin. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. ubi Dec. num. 6. Rebuff. in praxi benefic. tit. requisita ad collationem bonam. num. 31. & de Archipresbyteratu. Lambert. 2. part. 2. lib. qu. 7. art. 29. num. 4.* sive ex consuetudine, statuto, privilegio vel fundatione: *ut in d. c. is cui. ubi notat. Hojeda d. cap. fin. num. 20.* quadam Diaconalia, quæ sive de jure, sive ex consuetudine, statuto, privilegio vel fundatione, requirunt ut ea obtinentes ordinentur Diaconi: *d. c. 1. d. c. cum in cunctis. §. inferiora.* quadam Subdiaconalia: *inc. d. c. 1. d. c. cum in cunctis. §. inferiora.*

Corvin  
De Person  
et Benefic. Ec

G I

32

militer. Et tunc ordo dicitur annexus, aptitudine, & attento tempore prosecutionis. *Bonifac. in Clem. 2. §. illi vero. num. 7. de etate & qualitat. ordinand.*

Satis enim est, si is, cui existis aliquod beneficium est collatum, curaverit, ut intra tempora à Jure statuta promoveatur. *c. cum ex eo. 34. de elect. in 6. c. preterea. §. de etate & qualitat. ordin. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 12.*

Solent etiam hoc casu dispensationes, vulgò *de non promovendo* 8 appellatae, obtineri; & quidem vel à Pontifice Romano, vel ab Episcopo proprio. Inter quas est differentia. Hic enim dispensat, ut Beneficiatus saltem intra annum promoveatur ad ordinem requisitum *d. c. cum ex eo. 34. cum c. commissis. 35. seq. de elect. in 6.* Ille latius. *Vide Rebuff. d. praxi benefic. tit. de dispens. de non promovendo.*

Præter dicta Beneficia, sunt & alia, quæ non nisi actu Presbyteris, 9 aliumve Ordinem habentibus, conferri seu ad ea presentari possunt, ex fundatione, consuetudine, statuto vel privilegio. *Petr. de Bayso in direliv. election. cap. 9. part. 2. num. 3. Garcias d. loc. num. 57.* Ut: Quoad collationem, si dictum in Institutione vel statuto, tale beneficium non esse conferendum nisi Presbytero: tunc collationis tempore beneficiandus debet esse Presbyter: Quoad *Præsentationem*: Si in fundatione Capellaniæ dictum, quod presentetur Sacerdos, vel Capellanus seu Clericus, qui celebrat Missam; vel inserta verba tempus seu resignationis actum respicientia, tunc presentandus tempore ipsius presentationis actu Sacerdos esse debet. Quia qualitas verbo adjuncta intelligitur secundum tempus illius. *arg. l. in delictis. 4. §. 1. ff. de noxalib. Abbas in d. c. cum in cunctis. §. inferiora. num. 30. de elect. & in Clem. ut ii qui. num. 7. de etate & qualitat. ordin. & ibi Gloss. §. illi vero. verb. annexi. & Bonifac. num. 16. Rebuff. in repetit. ad c. extirpanda. §. qui vero. notab. 2. de prebend. Lambertini. 1. part. 2. lib. qu. 7. art. 29. vide Zerolamini praxi Episcop. 1. part. verb. Beneficium. §. 7. conclus. 5. conclusionis 8. princip. Zechum de Republ. Ecclesiast. cap. de Beneficior. num. 4. notab. ult. vers. quo verò ad Ordinem. Garc. d. part. 7. cap. 1. num. 85. cum seqq.*

Sed an hic non possit Episcopus, contra ordinationem Fundato- 10 ris, dispensare, & sic Beneficium seu Capellaniam providere non haben-

ius  
nis  
clesia

ti qualitate in fundatione requisitam; quaritur inter Doctores. Ad firmant Imola, Abbas, num. 4. & 5. in c. accessissent. de consuet. & in Corset. Felin. num. 19. Prob. in d. c. is cui. num. 22. cum seqq. alius rel. per Garc. d. loc. num. 105. precipue Lambertin. d. part. 1. lib. 2. qu. 10. art. 6. & 7. num. 4. Cechus de Benefic. & Pension. cap. 12. num. 21. Negam. arg. Clem. quia contingit. de religiof. domib. Rochus verb. pro eo, quod in 15. num. 32. & seq. Cravet. cons. 63. num. 5. Dec. in d. c. cum accessissent num. 54. aliisq. Quorum sententia verior. vid. Garc. d. loc. à num. 107.

**I I** Porro promotio ad Ordines Ecclesiasticos, non secus ac in honoribus & dignitatibus sæcularibus fit per gradus, *L. ut gradatim. l. 1. pr. ff. de muner. & honor.* ita etiam fieri debet gradatim. Nam is, cuius virtus in minoribus levioribusque officiis non est probata, ut ad maiores amplioresque honores, non tam adscendat, quam profiliat, nec enim nec vetus Ecclesiastica disciplina patitur. *totis dist. 52. & 59. & 61. tit. de Cleric. per salt. prom.*

Nam & D. Paulus vetat, ne *resortes* ordinetur Episcopus, id est qui Christianæ militiæ recens nomen dedit. *1. ad Timoth. cap. 3. tit. dist. 48.* Quid enim absurdius quam ei tradere gubernacula, qui non potest tenere remum: ut loquitur D. Augustinus *epist. 148. ad Valerium res. can. ante. dist. 40.*

Itaque is qui Sacerdotale petit beneficium, non tantum doctus debet, se Sacerdotem seu Presbyterum esse, sed gradatim & per omnes ordines inferiores eò proVectum.

**I 2** Verum est rigorem hunc interdum fuisse laxatum; ut cum B. Nicolaus ex Laico electus est in Episcopum; B. Severus ex lanificio assumptus ad Archiepiscopatum; B. Ambrosius nondum baptizatus Archiepiscopus electus. *c. statuiamus. §. e contra. dist. 61.* tamen novorum ait Poeta, factorum exempla contra canones veteres Ecclesiasticæ disciplinam temerè trahi non debent ad consequentiam *c. non exco. 26. qu. 2. vide can. qui ex vita. dist. 79.* Fortassis etiam cum iis fuit dispensatum. *Archidiacon. in d. c. statuiamus. §. his omnibus. Felin. in c. cum adeo. de rescript. num. 5. Selva de benefic. 3. parte, quest. 6. ad fin. Corvin. de benefic. cap. 1. num. 4. Peckius ad Jur. Canon. reg. beneficium. in 6. num. 2. Ojedad. tract. cap. 24. num. 4.*

CORVIN  
De Person  
et Benefic. Ec

G I  
32

Oportet quoque, ut is cui confertur Beneficium, receperit Ordines temporibus à Jure statutis. *tot. dist. 75. & c. 3. c. cum quidam. 8. & fere per tot. de tempor. ordination.*

Insuper desideratur ut tonsura & ordines reliqui conferantur ab Episcopo proprio, vel quidem alieno, sed cum Episcopi proprii permissione. *can. 1. & fere per tot. dist. 71.*

Quo casu solet prius Episcopus proprias largiri & dare literas vultu Dimissorias dictas; per quas concedit Clerico ut ab Episcopo extraneo ordines suscipere possit. *c. 3. de tempor. ordin. in 6. Datis de benef. dist. 4. cap. 7. vers. oportet.*

Proprium Episcopum accipimus Episcopum loci, unde ordinandus est oriundus, vel ubi habet domicilium, vel ubi est beneficium. *d. c. 3.*

Sed, quid si sine literis dimissoriis quis fuerit ordinatus Clericus ab alieno Episcopo, an ipso jure irrita erit ordinatio? Negat hoc Guido Papa *quæst. 449. & cum eo Duar. de benef. lib. 4. cap. 7.* Siquidem Laicus per primam tonsuram tantum sacris fuerit initiatus. *contra can. primatus. 6. d. dist. 71.* Affirmat, si Clericus, aliquem ordinem acceperit. Ne inde oriatur inter Episcopos discordia, & ne proprius Episcopus priveretur Clerico quem instruxit & instituit in Ecclesia. *can. 18. & 19. Concil. Sardicenf. rel. in can. 1. d. dist. 70. can. 1. & 2. dist. 72.* Rejeda illà distinctione putat Chastanæus in *consuetud. Burgundia. ad §. 6. des Justices in hac verba Gallica Messiers & Sergens sont creus.* ordinatum ab alio quam proprio Episcopo non gaudere clericali privilegio.

Quæ opinio quidem vera, sed obscura: nec enim explicat utrum ordinatus ipso jure suspendatur ab ordinis executione, an vero necessarium, ut ei ea interdicator. *ut in c. quod translationem. 11. de tempor. ordinat.*

Dicimus ipso jure: Sive ordinatio ab Episcopo facta in aliena provincia: *can. 2. Synodi Constantinopolitana I. in can. Episcopi. 9. qu. 2. can. 13. Synodi Antiochena. rel. in can. nullum Episcopum. d. 9. qu. 2. Rescript. Calixti epist. 2. ad Episc. rel. in can. 1. d. 9. qu. 2.* Sive in propria, sed aliena diocesi: *can. 22. Antiochen. Synodi. ex quo can. Episcopum. 7. can. 9. non invocati. 9. qu. 2.* Sive à Metropolitanò in Diocesi Episcopi suæ provincie. *d. can. 1.* Sive in propria provincia alienæ dioceseos

Lai-

ius  
nis  
clesia



Laicum vel Clericum sine Commendatitiis aut Dimissoriis litteris Episcopi, ordinaverit: *d. can. 18. & 19. Concilii Sardicens. vel. in d. can. dist. 71. & can. 16. Concilii Nicani vel. in can. si quis ausus. 3. d. dist. 71. dist. 98. & c. 1. de tempor. ordin. in 6.* ubi qui ita ordinati fuerint suscipiuntur ab ordinis executione sine ulla dispensationis spe, Ergo ipso iure

19 Olim sic ordinati non suspendebantur ipso iure, sed eis interdum batur executio; *d. c. quod translationem. & poterat cum eis dispensari can. fin. 9. qu. 2. sed ex dicto cap. 1. de tempor. ordinat. in 6.* omnis pro dispensationis eis est præcisa.

20 Concilium Tridentinum *sess. 23. de reformat. cap. 18.* decrevit Ut Episcopus qui ordinaverit, ab ordinationum collatione per annum suspendatur; ordinatus verò tamdiu ab ordinum susceptorum executione suspendatur, quandiu Ordinario proprio videbitur expedire.

21 Et hæc quidem procedunt, quando quis recepit Ordines ab alieno Episcopo ordinandi potestatem habente. Sed quid si recepit ab Episcopo, & consequenter jus ordinandi non habente, vel ab eo qui Episcopatus renuntiavit; vel ab Episcopo Excommunicato? Priori casu dicimus ordinationem esse irritam, ordinatum manere Laicum. *can. 18. & 19. Concil. Sardicens. can. 2. dist. 68.* Altero dicimus distinguendum loco tantum, an loco & Dignitati; Priori casu valet ordinatio: Distingendum & posteriori casu; an collati fuerint ordines sacri, an minores. Si hi, valet Ordinatio; Si illi distinguendum; an scienti, an vero ignorant; quia si ignorant, poterit Episcopus cum eo dispensare: non scienti: Quæ etiam posterior distinctio recipitur, quando quis ab Excommunicato vel Hæretico recipit Ordines. *c. ult. eod. cap. ab excommunicatis. 4. cum seq. 3. quæst. 1.*

22 Consultit Rebuffus *tract. Nomination. qu. 14. num. 42.* ordinatum ab alieno Episcopo, ut impetret à Papa rescriptum, quod appellatur *Perinde valere;* & Pragmatici *Gratian. revalidatoriam:* Impetrandum ante adeptionem Beneficii ne alterius juri fiat præjudicium. *Al. quamvis is. 8. de rescript. in 6.*

23 Quæri hic potest, quomodo probet quis se ordinatum & factum tatum esse, si fortasse ea de re oriatur controversia. Cum enim Clericus

CORVIN.  
De Perso  
et Benef. Ec

G I  
32

status sit qualitas extrinseca, non præsuntur. *Innoc. in c. super his. de accusat. Felin. num. 2. Baly in c. fin. de præsumpt. Corras: de benefic. lib. 5. cap. 1. num. 4.* Jus Civile videtur nullam probationem, nisi qua literis Episcopi fiat, admittere. *l. si qua per calumniam. 22. §. 2. Cod. de Episc. & Cleric.*

At jure Canonico, non solum literis testimonialibus, seu titulo Ordinum, sed etiam testibus, *c. 1. & 2. & 3. de Cleric. peregrin. & ibi Corras. Prob. ad Monach. inc. l. de tempor. ordin. in 6. num. 12. Guid. Papa decis. 474. publica voce & fama, Pontan. de spolio. lib. 2. num. 179. Capri. aquen. decis. 277. num. 8. p. 1. Garc. d. loc. num. 140. argumentis, iudiciis seu conjecturis: Boer. decis. 171. num. 25. Ant. Gabriel. concl. 1. de testib. num. 69. Mascard. de probat. concl. 305. num. 5.*

## TITULUS XII.

### De Naturalitate.

#### SUMMARIA.

1. Praeficiendi Beneficiis, maximè Parochialibus, debent Parochianorum intelligere idioma. Et Cur.
2. Nonnullis in Regnis admittuntur tantum Naturales.
3. Ut in Galliis.
4. Naturalitatis literas concedit Rex.
5. Sunt odiosa.
6. Statutum Bononia de jure ne ulla munera publica conferantur Exteris.
7. Idem in Regnis Castella & Portugallia.
8. Si non impediatur Statutum aut privilegium, conferri possunt Beneficia Clericis idoneis, undecumq; sint.

[U]

9. Ex-

JUS  
MIS  
Ecclesiasticum

9. Extraneis idoneis praferendi Indigenæ idonei. II. In impetratione Beneficii originis mentio debet facere Alienigena.
10. Contra si facta Collatio erit tamen valida. na.

**R**æter qualitates hæcenus enarratas, requiritur, ut prædicandi beneficiis sint *Indigenæ*, vel idioma noverint eorum quibus præficiuntur in Parochialibus Ecclesiis: ut superius 7. de scientia. diximus, & habetur in Regula Cancellaria Romanae Gregorii XI. & Eugenii IV. Cum enim Rector sive Pastor Ecclesiæ; c. *quævis. de re judic. can. quicquid. l. qu. i. parochorum* debeant audire exomologeses; *can. omnis. de panit. & remis. illi verbum Dei interpretari, Clem. 2. de sepult. can. ecce. dist. 95. cap. inter cano-* ra. de offic. ordin. cum simil. eos visitare: *Proverb. 27. Eccles. 32. c. flos Apostolica. Extr. de offic. deleg.* hoc munus rectè impleri non potest eos, qui non possunt intelligere Loquentes, nec possunt intelligi. Testat D. Augustinus *lib. 19. de Civit. Dei cap. 7.* Facilius animalia diversi generis sibi sociari, quam diversa linguæ ejusdem speciei homines. & diversitatem linguarum hominem ab homine alienare. D. Paulus *ad Corinth. 14.* inquit; *Si nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus.* Et inter signa majoris iræ Dei in populum apud Hieremiam *cap. 5.* est illa imprecatio; *Adducam super vos Gentem, cujus ignorabitis linguam, nec intelligetis quid loquuntur.* Et in Deuteronomio *cap. 28.* *Adducet super te Dominus Gentem de lingua cujus linguam intelligere non possit.* Nec voluit severius punire suspensam ædificantium turrim Babelis, quam per linguæ confusio nem quid vellent mutuo non intelligerent. *Genes. 11.* Contra, Deus sanctum Regni æterni Evangelium publicaturus, voluit linguis variis loqui Apostolos. *Actuum 2. Petr. Gregor. in syntagm. Jur. civit. lib. 1. cap. 6. num. 37. cum seqq.*

Solebat (ut refert Cardinalis in c. *significasti. de Jure Patron. Hugo Interpres antiquus* dicere debet Episcopo præsentare patronus Clericum ejusdem diocæsis, qui intelligat & intelligatur.

CORVIN.  
De Person  
et Benefic. Ec

G I  
32

Nonnullis in Regnis est privilegium, seu consuetudo, ut de beneficiis provideri non possint, nisi sint oriundi seu *Naturales*. 2

Sic in Gallia ceteri seu alienigenæ sunt beneficiorum incapaces, & ex privilegio regni impetrata ab illis beneficia possunt ab incolis impetrari. *Gloss. in proem. pragm. Sanction. in verb. exterorum. in conslit. Ludovici XII. in Rubr. Des Præsidents & Conseillers. & in Stylo Parlam. de prebend. ordin. 3. Rebuff. tract. de pacif. poss. num. 217.* Cujuscunque generis sint, nec potest contra dispensare Papa. *Selva de benef. part. 3. qu. 26. Corraf. d. tr. part. 3. cap. 5. num. 12. Guil. Bened. in c. Raynutius. verb. Si scirem nomine. cl. 5. à num. 482. Carol. de Grass. ab. lib. 2. Reg. al. Francia. jure 8.*

Potest Rex concedere naturalitatis literas. *Rebuff. in 3. pract. benef. in regula de idiom. etc.* 4

Et si post beneficii adeptionem alienigena, qui dicitur *albinus*, id est, alibi natus, obtinuerit à Rege, retinere poterit beneficium. *Ut judic. in Senatu Paris. refer. Rebuff. in d. reg. Gloss. 1.*

Habitæ tamen semper naturalisationis concessiones ad consequenda beneficia, odiosæ; & ut tales aliquando à Ludovico XII. sunt revocate, quas concesserat ante Carolus Octavus & nondum sortitæ erant effectum. *aux ordonnances du Roy Loys XII. aux modifications. art. 33.* 5

In Britannia quoque cautum: *Sacerdos Gallicus, Sacerdotium in Britannia ne occupato. Petr. Gregor. d. loco, num. 42.*

Statuto quoque Bononiæ beneficia sacra seu munera publica nunquam conferuntur exteris. *Barbat. conf. 23. vol. 1.* 6

Quod & in Hungaria servatum. *c. bona memoria. 4. §. fin. de postulat. Pralator. Et Veronensi statuto cautum. Bald. consil. 46. vol. 1.*

Et idem habetur in Castellæ Regnis. *ut in l. 18. cum seqq. tit. 3. lib. 1. ordinamen. ubi Didacus Perez. hodie 14. cum seqq. tit. 3. lib. 1. recopil. ubi Azevedo. Covarruv. pract. cap. 35. num. 5. Sabagun. inc. eam te. de rescript. num. 24. Ut & in Portugallia. Cabedus de Patronatib. Regiæ Corona. cap. 29.* 7

Ubi ergò tale privilegium seu consuetudo non est, possunt conferri beneficia Clericis aliàs idoneis, undecunque sint. *c. ad decorem. de* 8

[U] 2 insti.

US  
NIS  
clesia  
V.

*institut. & ibi Gloss. verb. undecunq. Abbas num. 4. Selva d. qu. 26. Corras. d. cap. 5. num. 9. Lambert. de jure Patronat. 1. part. 2. lib. 1. art. 24. Sahagun. d. loc. num. 27.*

9 *Præferendi tamen extraneis, licet idoneis, indigenæ idonei. In Ecclesiis. 11. Cod. de Episcop. & Cleric. Rochus de jure patronat. verb. honorificum. num. 47. & 48. Hojed. de incompatibil. cap. 23. num. 89. Zavallos in commun. contra commun. qu. 693. Garc. de benefic. sept. part. cap. 9. num. 5. Alb. in d. c. ad decorem. num. 4. Gloss. in c. cum inter. verb. aliam de elect. Zerola in prax. Episc. 1. parte verb. Beneficia. §. 8.*

10 *Quod si tamen præferatur indigenæ alienigena, collatio jure est valida. d. c. ad decorem. c. cum inter. c. cum nobis. c. in causis. de elect. Selva d. cap. 26. Marcus decis. 1368. & seq. part. 1. Navarraus consil. 6. de electione, num. 1. Zerola d. part. 1. & verb. & num. Sahagun. num. 30.*

11 *Alienigena tamen in impetratione beneficii à Papa sita originem mentionem facere debet, aut ea gratia reputabitur surreptitia. d. c. in memoria. circa fin. Gloss. in c. si proponente. de rescript. Abbas ibid. Fata in c. sicut tuus. de Simonia. Rebuff. de nomination. qu. 9. num. 57.*

CORVIN.  
De Person  
et Benefic. Eccl.

G I  
32

